



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>



K-1 5051.20
22
FRANCISCI HOTMANI JC.

ANTITRI- BONIANUS

sive

DISSERTATIO

De

STUDIO LEGUM,

PRÆMITTITUR

CHRISTIANI THOMASII

JCTi Reg. Pruss. Consiliarii, Antecessoris
in Acad. Fridericana, ejusdemque

Senioris

DELINÉATIO HISTO- RIÆ JURIS

ROMANI & GERMANICI,

Subjuncta in fine accuratiori formatione status contro-
versiarum circa quæstionem de

Usu moderno Juris Romani in Germania.

LIPSIAE,

Apud Hæredes JOH. GROSSII.

Історія російської
литератури в друкарських

записках



Санкт-Петербургъ

Издательство И.Н.Кирилловъ
1890 г.



L. B. S. D.
GEORGIUS BEYER D.

Francisci Hotomanni Anti-Tribonianum, libellum rarissimum & bisce annis desideratissimum ac multoies calamo descriptum ex Bibliotheca mea exhibeo, à multis mendis, quibus editio Hamburgensis scatbat, vindicatum. Scriptus est anno M D LXXVII. ex sententia Michaelis Hospitalii, Gallia Cancelleriae; verum operibus Antonis, que Geneva 1599. tribus tomis prae- runt & à Leibero in vitis decem JCrorum recitantur, non insertus, sed anno MDCIII. Gallico Idiomate primum editus, deinde Latinus Hamburgi 1647 typis mandatus. Evincit ibi, Leges Romanas & precipue volumina Justiniani Imp. non magnum usum in Gallia præbere, idque subinde iis argumentis, que ad Germaniam quoque apprime quadrant. Interim animus erat, brevibus scholiis inspersis succincte ostendere, etdem fere omnia & imo plura de Germania dici posse; Sed casus mutavit propositū: sic. incidi in ma-
nū nostras delineatio Juris Romani & Ger-

manici MSta ab Excellentissimo J Cto, Christiano Thomasio Auditorib⁹ suis prelecta, quam ut
ēb affinitatem argumenti Hotomanno jungi per-
mitteret, efflagit avi. Sed nec facile in iugis assensū
impertrare licebat, quod meditationes basce ex
suā sententiā subitarias, nec satis digestas ulteri-
ori elaboratione, cuius etiam spem aliquam faci-
ebat, indigere affereret; pervicere tamen preces
meas & favoris Sui in me summi obtestatio, cum
que negotia Ejus concatenata plus bac vice non
permitterent, allegata singulis paginis subjecta
addidit. Ceterum, ne summam contentorum in
quovis Anti Tribonianī capite desiderare queas,
excerpta, qua jam olim in Tomo I. Observati-
onum selectarum ad rem literariam spe-
ciantium, Observatione IX. dedimus, buc
repitere visum est. Fruere bise, Benevole Le-
ctor, & quantum videbitur, nostris conatiis
porofave. Scrib. Lipsie VI. Calend. No-
vembr. MDCCIV.

* * *

Absolvitur opusculum XIIIX. capiti-
bus, quorum primo autor protestatur,
se post studium Theologie disciplinam Le-
gum utilissimam, & maxime necessariam ju-
dicare; Romanam quoque Rem publicam
in excolenda hac disciplina fuisse præ aliis
feli-

felicem; sed differentiam statuendam esse inter Jus Civile Romanum & libros Imperatoris Justiniani, circa quos duas questiones tractat: 1. etiamsi perfectissimi essent, quantum ex iis utilitatis hodie, in Gallia præsertim, sperandum sit? 2. quibus nevis laborent, & quidnam ex eorum tractatione effectum sit? Prima questio tractatur c. 2-10. Secunda cap. 11-18. Scil. Cap. 2. adstruit, inutile esse studium artis extra usum posita, & legum ad statum præsentem non adtemporatum.

Unde fluit Cap. 3. Libros Justiniani nihil proficere ad notitiam status Gallie; Statum Romanum Democraticum hodie quoad potissima ignorari, & saepissime fuisse mutatum, nec quicquam ad statum Gallicum Monarchicum applicari posse. Monarchiam quoque Romanam non modo saepius mutatam, sed & diversæ a Gallica formæ fuisse, quod exemplo Magistratum demonstrat, quorum officia & reliquæ status Romani partes ex lectione græcorum & latinorū historicorum, melius uno anno & longe majoricum delectatione, quam totis sex annis ex centonibus Justiniani cognosci possint. Ita in libris antiquitatum Romanarum, sicut & in conscriptis, dix tres ex Corpore Justinianeo leges citari. Esse quidem in tribus postremis Codicis libris nonnulla, quæ Con-

stantinopolitanum Imperium respiciunt,
sed ita *obscura & disjecta*, ut intelligi non
possint, nisi historicorum lectione prævi-
am status notitiam acquisiveris.

Cap. 4. accedit ad *jus privatum*; & *jus per-
fectorum* strictum perlustrans ostendit, quot
iustitia ibi habentur quoad statum liber-
tatis, *jus filiorum fami. arrogationes, matrimo-
nia, tutelas.* Quot contra omissa sint, quæ ho-
die magnam juris partem faciunt; quæ ne-
gligere, & antiquas fabulos addiscere perin-
de sit, ac si sacerdotes novitios suos ideo doceant
in supplicationibus solennibus saltare, quod Salii
Romani idem olim facere conservarent.

Cap. 5-7. enumerat doctrinas inutiles
circa *jus in re*; nempe distinctionem in-
ter res *mancipi & nec mancipi*; inter domi-
nium *Quiritarium & bonitarium*, item diver-
sos illud acquirendi modos: *mancipationem,*
cessiōnem in jure, usucaptionem; varios modos *fus-
cēdendi ab intestato* perinde, ac ex Testa-
mento; item inutilia circa *fidei commissa*
& *jus accrescendi*.

Cap. 8. idem peragit in doctrina de *obli-
gationibus & jure ad rem*, ac in primis *stipu-
lationum formulis* in omnibus contractibus
adeo dominicribus, ut *laciones brevem deli-
pmentari, libellas formularem à Manilio con-
scriptarum usurpantur* et in maximo portarent.

Cap.

Cap. 9. progreditur ad actiones & formulas litigandi, quas magorum in cantationibus & verbis occultis comparat, ita superstitione observandis, ut qui in una syllaba labatur, omne facrum sit turbatur. *Processum quoque Romanum à moribus hodiernorum judiciorum non minus remotum esse, quam à Tartarorum moribus mores Gallici dissentent, abunde evincit.*

Cap. 10. comparationem instituit inter modum *jus docendi antiquorum & nostrum*, ut inde constet, *non recte Universitates Galliae jactare, se priscis in Persia Justitiae scholis parvalesse*; illic enim juventutem exerceri solitam *integum*, quas addiscerent, *usu*, & magistros alteram diei partem erudierunt adolescentibus impendisse, alteram iisdem exercendis tribuisse, ut quasi in iudicio agitatis causis, quae didicerant, ad usum adhiberent. Item apud *Romanos* non separata opera adolescentes eruditos fuisse, sed *auscultasse* saltem, quando consulentibus respondebatur; unde nihil didicerint, nisi quod usui statim futurum esset. Et *banc methodum expeditissimam & optimam patet Autor*, tum quod *artis exercitium praepatis tradi non possit*, tum quod *princeps artis & disciplinæ cujusque pars in actione consistat; exemplo pictura, cujus primaria pars*

pars non sit didicisse præcepta quædam de lineamentis, aut de colorum proprietate, sed manu penicillum prehendere & pingere. Neque Ius Civile Romanorum initio conditum esse, ut aequitatem & ius naturale omnibus gentibus æque conveniens repræsenter, sed ut promulgationem stabiliter ciuium Romanorum in gradu eminentiori, pro reliquo Italiae populis, quod multis exemplis ostendit. Inique ergo librorum Justiniani studium vocari studium Juris Romani, quippe cuius nec vicefima pars nobis remanserit, nec decima ejus, quod restat in usum hodie possit deduci.

Cap. ii. altera tractationis pars incipit; ubi primo generaliter ostendit, per pensis omnibus momentis nihil magnifici de hac compilatione sperari potuisse, tam propter materiam, in qua Tribonianus versatus fit, nempe infinitam legum molem in statu regio, populari, imperatorio latarum, & pro temporum varietate, diversaque Reip. forma, sibi necessario repugnantium, ingentemque librorum a J Ctis scriptorum multitudinem, cui postquam Julius Cæsar remedium adhibere frustra cogitasset, turbæ postea multo euormiores supervenerint ex variis Sectis J Ctorum, rescriptis Principum pessimorum ipiusissimis, sede Im-

Imperii in Græciam translata, quæ novas Juris mutationes induxit, ~~sum ob im-~~
~~peritiam Tribonianus & sociorum, ubi expendit~~
Tribonianus avaritiam, publicumque con-
dendi & abrogandi leges mercatum, ~~ut~~
~~non abiret dies, quin legem figeret, prout priue-~~
~~to cuidam expedire mideret.~~ Ostendit deinde,
quod non minor Justiniani iniquitas, infeli-
citas temporum quibus bonæ literæ in Græ-
cia extinctæ & Juris Romani prudentia
diluvio barbarie Gothicæ sepulta esset; In-
scitia item sedecim compilatorum, videlicet
Græculorum, & ineptias suas in præfationi-
bus Pandectarum & Codicis satis expo-
nentium; in super precipitania in duobus
millibus confusorum Voluminum, bre-
vissimo triennii spacio, instare eorum, quæ
per cucurbitulam eliquantur, exstilandis
&c. imprudentiam Jurisprudentiæ Justi-
nianæ ad oculum demonstrent.

Cap. 12, pressius exponuntur desiderata in
labore Triboniani, puta quod leges, edicta,
scripta supprimi & aboleri curaverit, & cento-
tones tantum commentariorum relique-
rit, non melius, ac si quis loco Homeri & Virgili,
Eustathii & Servii Commentarios offerret. Dein-
de, quod omnes libros magnorum & vera
Romanorum jCtorum, Catonum, Mutiorum,
Manilii, Cascellii, Serv. Sulpitii supprese-
rit,

rit, & contra suppeditaverit commenta
bonum Grecorum, Syrorum, Afrorum, quo-
rum primus labor fuerit, ut veterum optima
scripta *ambitiose morderent*, cum tamen lon-
gissime ab horum dignitate & authoritate
abessent, & inconcinne juxta ac obscuris-
sime latinam linguam exprimerent. Oc-
currere præterea in compilatione ineptā
arrosionem, circumcisionem, & congeriem parti-
cularum, ut verius quam ipse crederet,
pronunciaret de permutatione facta Tri-
bonianus in *Constit. omnem Reip. §. ii.* quod
permutaverit excerpta sua cum duobus
millibus Codicum veterum JCtorum, ut
Glaucus permutaverit arma ærea cum
aureis Diomedis. Tertio quod *nullam no-*
bis integrā Orationem reliquerit, sed interru-
ptos & hinc inde consarcinatos sermones,
non secus ac vietor, qui ingentem doliorum cu-
parumque numerum primum dissolveret, tum
deinde ex diversorum generum afferibus aut co-
stis, vos aliquod nova forma effingeret. Unde
jus Tribonianum in methodum certam redigere
volle, perinde stultum esset, et si Geometra aliquis
artificium & proportionem hujus basis demon-
strare conetur. Quarto, quod in coagmen-
tandis his segmentis nullum ordinem, conse-
quentiam & dispositionem, ulla in materia, ser-
vaverit, & ita male cohærent omnia, ita
trun-

trunca & interrupta sint, ut aquila noctua.
sit similior, quam bac preceptis à prudente & in-
telligentem magistro profectis. Quinto, quod ex
libris diversarum sectarum non potue-
rint non variae antinomiae in his Centoni-
bus remanere. Sexto, quod non puros JC-
torum fontes exhibeat, sed de suo sapientia non
tantum duo aut tria verba, sed integros sepe
versus & paginas immiscuerit. Septimo, quod
multas tautologias & superflua adiecerit, &
antiquatas obsoletasque materias pro utilibus
venditaverit.

Cap. 13-15. proferuntur eventus varii ex
Justiniane compilatione accidentes:
nempe quod Imperatores sequentes ex ea abo-
leverint, mutaverint, quicquid placuerit;
quod Italia à gentibus septentrionalibus occu-
pata earum leges & statuta receperit, usque
dui Inserius studium Juris Justiniane re-
vocaret, non veritus ei manum inferre,
ubicunque commodum videretur. Ex
hac vero Juris Justiniane sive privata, si-
ve publica in scholas receptione factum
esse, (i) quod iussu publico Gratianus Decro-
tum compilaverit, cui dein Decretales ad-
ditæ, totumque Juris Canonici corpus com-
pilatum sit: cumque studium librorum
Justiniani magnos interea progressus
sensisset, Pontifices ex sua quoque pasto-

non

non cessasse in colligendis excellentis ingenii viris, qui Canonibus studia sua consecrarent : hinc utriusque juris doctrinam ita commixtam, ut eorum praxis inseparabilis facta, & Principes scholas publicas instituentes coacti sint, *juris quoque Canonici exercitium recipere*, à quo nondum expedire se possint. Hinc morem ineptum ortum esse *omnia instrumenta publica latine consignandi*, an. 1539. à Francisco Rege iterum aërogatum &c. Deinde (2) cum quatuor magni Doctores, & Imperatoris Friderici Consillarii, *Bulgarus, Martinus, Jacobus & Hugolinus glaſſas* quasdam & minutas remissiones reliquissent, sic eos æmulatos esse successores, ut intra trecentos annos plures tractatus & scripta prodierint, quam ante Justinianum, MD. annorum spatio, saltet, ut autores inclarescerent, vel marsupio consulerent. Hinc (3) tot *diversas opiniones* enatas, ut null a sit materia, in qua non evidens *contrarietas* reperiatur, maximo discentium, judicum & litigantium detimento; eoque non modo exoscos se reddidissehos Doctores, sed & observatum esse, eos, qui his libris in teneriori ætate se applicarent, antequam philosophia & bonis literis mentem probe muniverint, fatigè corpore turbari. Porro (4) pleraque con-

filia obscura, captiosa, & spinosa cerni, fascinantis judicum oculis, & tegendæ injuritiæ, plane quemadmodū sepius purcitatem suam diffundat, ut aquam obscuret; ne ipsa capiatur. Nec esse, quod pro excusandis his iniquitatibus afferatur, his fallaciis juvenes instrui, non ut iis utantur, sed ut eas evitent; nam qui inimicos fallere didicerit, eum data occasione etiam amicos fallere. Interim Juris Canonici & glossatorum fœtorem hactenus omnem invidiam, ob longos progressus & lites, sustinisse, libris Pandectarum interim in pretio & honore longe majore manentibus, quemadmodum hortulani violas & cariophyllos credant suaviorem emittere odorem, si ad radicem eorum allia & cepæ plantentur. (5) Innumeras contentiones intercedere inter Doctores eruditissimos, qui se purgatae junioris prudentie professores nominent, sed maximam partem Grammaticas, ob rude & scabrum in pandectis dicendi genus, ut propterea Pragmatici eos Humanistas & Grammaticos per contemnum vocent, vicissim ab his Bartolistarum & Barbaristarum nomen reportantes. (6) Diversam Pandectarum Florentinarum & vulgarium lectionem doctissimos quoque turbasse; hinc scholas contentionibus & rixis repleri, non modo in re-

28) ०(११)

rebus exigui momenti, sed & præcipuis disciplinæ capitibus; Pragmaticos contra hæc negligere & contra eum, qui Florentium exemplar citat, tanquam aduersus hereticum conspirare. (7) Post bonas literas restitutas, alios ingenio & acumine suo, alios veterum Codicum adiumento ingentem erratorum numerum detexisse, quæ plagas & ulcera appellant, horumque Chirurgorum numerum ita auctum esse, ut, si aliquot adhuc annos in applicandis emplastris pèrgant, Pandectarum corpus densius obteatum sit credibile sit, quam nullius unquam lue venerea affecti. Ex centum vero hujusmodi correctionibus vix quatuor reperiri, de quibus hi docti viri consentiant, quin potius fateantur ipsi, plerasque niti conjuris leví momento aut suspicione innixis. Ex omnibus iis demum evenire, quod pauci in hoc studiorum genere excellunt, & plures, eo derelicto, se ad aliam scientiam applicent, aut si hoc non liceat, se et quies possunt, suffurentur, ac tempus in alio quovis studio lubentissime consumant. Quia abyssum hujus disciplina tantum esse, ut in eam incidens nemo se expedire valeat, ut vel unam de die boram Sacra Scripturae impendat.

Cap. 10. respondetur ad objectiones: (1)

perniciosum esse contra leges receptas disputare; Resp. esse tamen boni civis, magistratui vitium indicare. (2) de remedii desperandum, ac gangrenam intactam potius relinquendam, quam medicamentis morbum irritandum. Resp. magistratus esse, Sapientum consilia etiam super difficultanatione exquirere, exitum Deo committere, cum præsertim in multo incurabiliora emendationem receperint. (3) libros Tribonian i ob controversias non rejiciendos, alias & contemnendam fore Philosophiam, Medicinam & Theologiam, in qua plures & nocentiores sint dissensiones. Resp. quod Justinianus in veterum libros tentavit, id non injuria in suos exerceri. Deinde alibi contentiones versari in rebus ad usum spectantibus, hic in intellectu sermonis Græco-latini: alias disputationes in argu- mento integro versari, nostras inter tot frusta & schedas, maximam partem, conjecturis niti. In Theologia necesse esse, ut hæreses sint, ut vero in legum studio ne- cessario sint contentiones, expressam Dei voluntatem non esse.

Cap. 17. ostendit, Regnum Galliarante rece- ptas leges Justiniani per DCCC. annos floruisse non minore justitia & immane quantum paucioribus litibus, quæ fere ex multitudine le- guti enascantur, cum de quaque contro-

versia statuere velle, res infinita & impossibilis sit, hinc *JCtos ex Hungaria iterum ejecitos, in multis aliis provincijs non admissos.*

*Cap. 18. de spe emendationis horum nærorum ita sentit: perinde esse coram infidelibus ligare (quod tam severe improbet Apostolus) ac ex legibus Ethnicorem rem decidere. Præstare vero convocari *JCtos & Pragmaticos complures*, usque injungi, ut quicquid elegerint ex Justiniani & Philosophorum libris, ex experientia item & Jure Divino, in unum conferant, unique vel duobus voluminibus includant, & ad negotia tum status tum privatorum hodierna applicent, lingua intelligibili proponant, humilibus rebus non inhærent, nec subtilitatem sed æquitatem in primis respiciant, bonisque rationibus asserta superstruant. Jure ita composito juvenes in bonis literis & scientia morali ad annum XXI. imbuendos, deinde ad annum vel duos in scholam mittendos, ubi eximus *JCtus de Legum æquitate* disputet ac differat; hinc juvenes praxi incumbere debere, eo modo exercendos, qui priscis Romanis in more positus fuerit. Ita ad alia studia per intervalla divertere eos posse, & finem jurisprudentiae verum, non litium multiplicacionem, sed concordiam & tranquillitatem civium obtentures esse, & promoturos.*

CHRIST.

CHRIST. THOMASII, JCti,
DELINÉATIO HISTORIÆ JU-
RIS ROMANI & GERMANICI.

Accedit in fine accuratior formatio
 Status controversiæ circa quæstionem de
 usu moderno Juris Romani in
 Germania;

Urbem Romam à principio Reges
 habuere. a) Sub quo statu initio si-
 ne lege & jure certo populus Roma-
 nus vixit , cum omnia manu à Regibus
 gubernarentur, & Romulus fere, ut libi-
 tum esset, imperitaret. Postea aucta ci-
 vitate Romulus ipse leges quasdam curi-
 atas ad populum tulit. b)

2. Tulerunt & sequentes Reges. Nam
 Numa religionibus & divino jure maxi-
 me populum devinxit, c) repartæque
 quædam à Tullo & Anco. d) Sed præci-

B. puus

a) Ad priores 41 paragraphos commentarii loco esse poterunt
libri duo iurorum Jurisprudentia Ante - Justinianæ.

b) vide præter *Baldulni* *commentationem ad Leges Ro-
 muli*. *Merulam de Legibus Rom. c. 2. seq.* c) de *Numæ Le-
 gibus Merula c. 5.* d) *Merula c. 7.* ubi & de *Tarqui-
 aio Prisco*.

puus Servius Tullius sanctor legum fuit,
quibus etiam Reges obtemperarent. e

3. Ejectis vero Regibus & pulso Tarquinio, omnes illæ leges Regiæ exoleverunt, & populus incerto iterum jure & consuetudine magis quam lege certa uti cœpit, quod valde turbavit jurisprudentiam Romanam.

4. Variis interea iisque gravibus dissidiis inter Patres & plebem ortis tandem evenit, ut confensu communi tres legati mitterentur in Græciam, ut inde leges describerent ac colligerent.

5. Quibus reversis Decemviri creati sunt juris communis condendigratia, qui etiam decem tabulis jus conditum populo publicè proposuerunt, idque ad nutum populi emendarunt. Sed cum viderentur adhuc quædam leges deesse, aliæ adhuc duæ tabulæ à Decemviris adiectæ sunt, quæ tamen demum abrogato iterum Decemviratu à novis Consulibus vim legis acceperunt, & ita leges XII Tabularum appellatae sunt. f)

6. Jam uti evidenter id imperfectionem status Romani vel legislatorum sapit,
quod

•) *Merula d. c. 7. ubi & de Tarquinii superbi legibus. f)*
Decemvirales leges etiam recenset Merula d. l. c. 8.

quod à Græcis leges petierint Romani, ac præterea vel imperitia vel astutia Decemvirorum ex modo, quem in conficiendis legibus duodecim tabularum adhibuerunt, elucet, ita jam diu apud Gellium contra æquitatem legum harum, & non absque ratione disputatum fuit, eaque maxime ex prohibitione conjugorum inter Patres & plebem apparet.

7. Interim tamen, cum leges XII Tabularum nihilominus sint fons omnis sequentis juris Romani, & leges sequentes fere pro augmentis earum haberi debent, non parum impedit studium jurisprudentiæ, qvod hodie Legibus XII Tabularum plane careamus.

8. Paucæ erant & breves pro moribus illorum temporum Leges XII Tabularum, atqve tali loqvendi genere utentes, qvod subsequentibus seculis Romani ipsi mutato idiomate vix intelligerent.

9. Propter paucitatem verò ac brevitatem mox orta est interpretatio prudentum & disputatio fori, quæ primis temporibus tacito populi consensu ⁱⁿ jus obtinuit, atqve propria parte aliquæ non appellatur, sed communè nomine vocatur jus Civile, item media jurispru-

prudentiæ. At vero & hæc fori disputatio magnam juriſ certitudinem introduxit.

10. Uti vero illa legum interpretatio à Patribus vel Patriciis occupabatur, ita & iidem juriſ dicendi potestatem sibi vindicabant, & populo certas solennesque formulas præscribebant, ne pro ut vellet, actiones institueret, qvæ appellantur legis actiones.

11. Potissimum vero apud Collegium Pontificum hæc potestas interpretandi & formularum residuebat. Legebantur Pontifices olim ex solis Patriciis, & ex his postea constituebatur, qvis qvoqvo anno præcesset privatis interpretando & respondendo de jure.

12. Incertæ erant variantes & incognitæ populo hæ legis actiones. Inerat iis maxima subtilitas & iniquitas. Nam si litigatores præeuntibus Jure-Consul-tis in pronunciando vel syllabā deerrassen, formula cecidisse aut causa dicebantur, id est causam perdidisse.

13. Postea cum Cneius Flavius invitatis nobilibus Ædilis curulis factus esset, formulas istas evulgavit & fastos in albo reposuit, ut à rōto populo quotidie cognoscere

sci possent. Unde appellatur Jus Civi-
le Flavianum, quamvis Flavius de suo
nihil adjecerit.

14. Etsi autem hoc modo non subtili-
tas sed saltem incertitudo formularum
fuerit sublata, mox tamen ipsa incertitu-
do rursus introducta, imo aucta fuit, cum
hoc factum Flavianum Jure-Consulti
graviter ferentes novas quasdam agen-
di formulas excogitaverint, easque cer-
tiis quibusdam notis vulgo incognitis
descripserint, donec Sextus Aelius & has
peculiari libro, qui jus Aelianum appel-
latur, publicareret.

15. Porro evenit inter istas dissensio-
nes Patrum & Plebis, ut & plebs quan-
doque potestatis Legislatoriae partem
ad se traheret, potissimum per secessio-
nes, quarum prima in montem sacrum
plebs obtinuit Tribunos plebis, qui po-
testatem habebant, ut, quod ad plebem
tulissent, quodque plebs jussisset, id ra-
tum esset, quæ Plebiscita vocata sunt.

16. Secunda secessione in montem A-
ventinum cum velut in controverso ju-
re esset, tenerentur ne Patres Plebiscitis,
Plebs obtinuit lege lata, ut, quod tribu-

tim plebs jussisset, populum teneret, ac postea, cum patres de novo negarent, se populi nomine teneri, nova lege dubium sublatum fuit, ut videlicet Plebiscitis omnes Quirites tenerentur.

17. Denique cum Patriciorum ambitione legi huic iterum esset derogatum, Quintus Hortensius in tertia plebis ad montem Janiculum secessione eam renovavit.

18. Eadem dissensio inter patres & plebem originem dedit, ut Praetor evidenter mala patrum intentione & ad decipendum plebem crearetur, primum ex Patribus, mox ex plebe, primum unus, mox duo, & successu temporis adhuc plures.

19. Potestas eorum in jure reddendo primum constabat, postea variis modis aucta fuit, in tantum, ut non solum eorum Edicta, quæ in Albo proponebant, certam juris speciem constituerent, sed & ut adjuvare, supplere & corrigere iis jus civile liceret.

20. Quo pacto, cum clanculum & infidiose ipsis indulta fuerit potestas legislatoria, Jurisprudentia maxime obscura & intricata fuit redditia; Ut taceam, maximam

ximam insuper confusionem ex frequen-
ti mutatione Edictorum Prætoriorum
ortam esse, & quod interpretationem E-
dictorum Prætoriorum valdè impedit,
quod Chronologiam actionum à Præto-
ribus inventarum non habeamus.

21. Uti & illud inter desiderata juris-
prudentiæ referendum est, quod distin-
ctio officii Prætorii ab officio judicis Pe-
danei juri novo Justinianeo incognita, &
defectus accuratæ descriptionis Proces-
sus antiqui judiciarii Romani, difficilem
reddat intellectum jurisprudentiæ Ro-
manæ.

22. Eodem tempore, quo Prætor cre-
atus fuit, etiam Ædiles Curules simili ple-
bis deceptione in odium ejus constituti
sunt, quorum primitus cura in suspectio-
ne ludorum publicorum consistebat, po-
stea illo praetextu facile aucta fuit, ut &
viarum & venditionum publicarum cu-
ram gererent, atque eo nomine Edicta
proponerent, quæ similiter vim legis
habuerunt, etsi per ea non semper utili-
tatem publicam, sed magis, ut plebs mul-
tis litibus involveretur, intenderint.

23. Referuntur quidem communiter
Scta inter augmenta Legis XII Tabula-

rum. Sed verius est , Senatum tempore liberæ Republicæ potestatem ff) Legis condendæ non habuisse.

24. Id potius memorandum , quod post leges duodecim tabularum variæ subinde à populo latæ sunt leges , sive iis ansam daret insufficientia legis XII Tabularum , sive etiam dissensus inter Patres & Plebem , sive alia causa . Modum ferendi leges exposuerunt Antonius Augustinus g) & Paulus Merula , h) qui & in singulas earum i) præter Franciscum Hottomannum l) commentati sunt , sed breviter ; ad quosdam fusius alii . m)

25. Interim evidens est , propter tot variantes leges , Plebiscita , Edicta , necessario etiam multiplicatum fuisse dissensum Jureconsultorum in explicacione eorundem , & per hunc auctam fuisse juris incertitudinem .

26. Ob-

ff) Plura huc pertinentia vide ap. Beyerum ad tit. de O. I. §. 102-107. g) Libro de Legibus. h) c. L. de Legibus Romanis. i) Augustini secundum ordinem alphabeticum . Merula secundum capita certa c. ult. libri de LL. Romanis. l) etiam secundum ordinem alphabeticum . m) quos recenset Gelbofredus in Bibliotheca juris p. 45.

26. Obtinebant ista, quæ haetenus re-censuimus in libera Republica. Unde Cicero n) primus consilium dabant com-poneendi systematis juris, ac de eo librum promiserat, quem citat Gellius, o) & si juri Canonico p) credimus, idem ten-taverat Pompejus. Præterea & inter Julii Cæfaris primas ac præcipuas curas fuit emendatio horum defectuum per novum systema, nisi mors violenta cum maximo jurisprudentiæ damno eam prævenisset.

27. Post varias dérum Cinnae, Syllæ, Marii factiones ac trimviratum dupli-cem, Crassi, Pompeji, Cæfaris, & Au-gusti, Lepidi & Antonii q) tandem impe-rio lege Regia r) ad solum Augustum translato, necesse fuit, aliam etiam fa-ciem legum & jurisprudentiæ fieri.

28. Inter initia Principatus quidem leges adhuc complures à populo veteri ritu, Augusto Autore, latas deprehende-re licet, unde tot leges Juliæ, non omnes à Julio Cæsare, sed & multæ sub Augusto latæ.

B 5

29. Sed

n) de Orat. l. 1. c. 43. o) l. 1. c. 22. p) can. ult. diffr. 7. q) Appianus. Dio Cassius. Histoire des Triumvirs. s) Beyer de O. 7. n. 122. seqq.

29. Sed veteris libertatis instar umbra ac simulacrum quoddam ab Augusto relictum, à Tiberio ademptum fuit, Comitiis sub eo de campo Martio ad patres translatis.

30. Inde ergo Principes, quæ de jure private constituturi essent, orationibus in senatu prius complectebantur, de his censendi arbitrio senatui quasi relicto, eas deinde orationes Sctum sequebatur. Inde tot Scta ad Marcum Imperatorem usque, quæ collegit Antonius Augustinus.

31. De modo habendi Scta multa ex epistola Varronis refert Gellius. Scta fiebant vel per discessiōnem, vel per singulorum sententias exquisitas. f)

32. JCtorum quoque autoritas sub Augusto crevit, in tantum, ut non amplius privata, sed ex Principis autoritate publice responderent, & scripto quidem, non viva voce. Non tamen licebat id omnibus, sed qvibus à Cæsaribus jus respondendi datum esset.

33. Atque hæc potestas JCtis data, & necessitas iudicibus imposta, ut ne a respond-

f) Ex Varrone *Gellius* l. 14. c. 7. *conf.* l. 3. c. 18. Divisionem hanc latius defendit D. Beyer. *ad tit. de O. f. n.* 110-117.

sponsis JCtorum recederent, et si Augu-
sti Principatum stabiliverit, maximum
tamen damnum dedit jurisprudentiae.

34. Efectit enim ista potestas respon-
dendi per beneficium indulta sectas. Se-
ctæ incertitudinem juris auxerunt. Huic
incertitudini, & his dissensionibus non
in tempore obviam iverunt Impera-
tores.

35. Quid potius hæ sectæ maximè sub
Imperatoribus florere & augmenta-
pere cœperunt. Ut enim ipsorum JCto-
rum ordinem & successionem post Eber-
linum t) in summa exhibuit Jacobus
Gothefredus, u) ita sub Augusto Anti-
ftius Labeo & Attejus Capeto (ille vir
incorruptæ libertatis ; ac præter juris stu-
dium reliqvarum bonarum artium haud
expers, propriumque ingenium ad deci-
endas juris controversias afferens, ne-
que cæca seqvela aliorum tradita appro-
bans ; hic vero divini humanique ju-
ris peritisimus, coeterum tamen nimius
Augusti Adulator, & promiscua tradi-
torum custodia magis ingenio alieno
sapiens quam suo) potissima capita secta-
rum

t) de O. I. e. 34. seq. u) Max. iur. c. 7.

rum fuisse memorantur, quæ tamen ab horum discipulis demum, ut fieri solet, nomina sortitæ sunt. Unde Proculianorum, & Pegasianorum, qui Labeoni, Sabinianorum & Cassianorum, qui Capitonii^{x)} adhærebant &c. Frequens mentio in Corpore juris.

36. Intendit equidem Hadrianus Imperator incertitudinem juris, potissimum eam, quæ ex Edictis Prætorum diversis orta erat, confectione Edicti perpetui tollere, qua in re opera Salvi, Juliani usus est; sed non fuit ista interatio sufficiens ad nævos memoratos tollendos;

37. Nam & Julianus ad ejusmodi negotium non par fuisse videtur, & methodus Edicti & repetitio actionum non magni amplius usus parum prudentiæ arguit.

38. Cum vero potestas Legislatoria sit potissimum regale Majestatis, & ipsi Imperatores Romani Leges novas considerunt, initio quidem Majestatem dissimilantes per modum Sctorum, deinde fere a temporibus Hadriani directo, quæ constitutiones Principum appellantur. Quæ tamen & ipsæ constitutiones incertum

^{x)} Gottofr. Mon. iur. p. 27.

tum jus magis augebant, cum plerumque successor Antecessoris leges & constitutiones mutaret.

39. Fuerunt autem Imperatores Romani partim Gentiles, partim Christiani. Gentilium constitutiones dispersas collegerunt duobus Codicibus Hermogenes & Gregorius, quorum tamen vix minima restant frustula.

40. Christianorum Imperatorum Constitutiones ad sua tempora usque collectit Theodosius junior. Reliqvorum Imperatorum ad Justinianum usque constitutiones sub titulo legum Novellarum collectæ sunt. Codicem Theodosianum eruditissimis notis & Commentario illustravit immortale Jurisprudentiæ decus Jacobus Gothofredus, simul vero plurimos nævios, quibus idem laboravit, detexit.

41. Hos inter crassissimus est, quod, cum sentiret Theodosius incertitudinem juris ex autoritate responsorum ortam, hanc eo remedio tollere laboraverit, ut certorum saltem Juris Consultorum scripta jusslerit valere in judiciis, & in allegatione eorundem plures prævalere paucioribus, ex paribus illos, inter quos

quos esset Papinianus; inter pares denique absque Papiniano judicis arbitrio locum esse. Hoc pacto enim necessario longe major juris incertitudo fuit introducta.

42. Sic igitur comparata erat Jurisprudentia Romana: his nævis laborabat, gravibus sane & multis, cum ad eam emendandam animum applicaret Justinianus, y) Princeps utique non plane analphabetus, ut à plurimis habetur, ex Svidæ loco, Justinum cum Justiniano verosimiliter confundentis, z) sed tamen nec vere eruditus & prudens, sed supersticiosus, metaphysicus & eruditione scholastica leviter tintitus, ac Theodoræ uxori, fœminæ vitiosissimæ, nimis obnoxius. a)

43. Qui ad emendationem hanc adhuc pariter viros, pro genio illius seculi revera insufficientes, quorum caput erat Tribonianus, homo & vanissimus & avarissimus, & minime omnium eruditus. b)

44. Sub

y) Circa ea, quæ hic & in sequentibus paragraphis de nævis Juris Justiniane dicuntur, confer prefationem ad libros de nævis Jurisprudentie Ante-Justiniane. z) Præcognita juris Hoppiana c. 2. §. 2. Dissent. D. Beyer ad. sit. de O. I. n. 6. seq. a) D. Beyer d. L n. 10. b) D. Beyer d. l. n. 11. seq.

44. Sub hujus itaque directione anno 528. Idibus Febr. à viris decem Codex Justinianeus prior fuit confectus, c) qvī tamen interiit, ut adeò fusius de eo judicare nequeamus. Interim fraudes & ineptias à Compilatoribus Codicis Justinianei intuitu Codicis Theodosiani commissas recenset Jacobus Gothofredus, d) ex quo intelligi poterit, quantum licentiæ si bi sumserit, intuitu Codicis Gregoriani & Hermogeniani.

45. Hinc viris septendecim compositio Pandectarum commendata 15. Decembris anno 530. qvibus mandavit Imperator, ut, qvæ usum haberent, colligerent ex veterum Jctorum scriptis, contraria vero omitterent, vel ad novijuris rationem conformarent, retento tamen Jcti nomine, unde lex desumpta; uno verbo ita se gererent, ne antinomia & tautologia compareat in Pandectis. e)

46. Uti vero quod tautologias attinet, id minime præstitum est, cum longam tautologiarum seriem collegerint Guido Pancirollus, Pardulphus Pratus

c) Conf. Hec qua, in fine de V. I. E. d) in preleg. ad Cod. Theod. c. 4. p. 191. e) Conf. Deo autore, de conceptione Digestorum.

jus & Petrus Mullerus, f) ita & quoad evitandas antinomias id ab ipsis observari fuisse impossibile, vel inde apparet, si quis saltem consideret & modum excerpendi ex tot diversis iisque dissentientibus JCtis, & multitudinem operiorum ad hæc excerpta adhibitorum, etiam si illi fuissent viri eruditissimi.

47. Interpolarunt etiam sententias veterum JCtorum parum eruditè & cum summa confusione jurisprudentiæ, unde Wissenbachio integer Libellus emblematum Tribonianii natus. Etsi enim Tribonianismo hoc non fuerit crimen commissum, cum Imperator potestatem hanc compilatoribus dederit, g) imprudenter tamen factum, quod emblemata hæc non fuerint signo aliquo notata, sed ipsis JCtis, præpositione proprietorum nominum adscripta.

48. Porro quod antinomias attinet, etsi niulti sudent ac sudaverint in iis conciliandi, h) ac omnia potius JCto esse tentanda adhuc hodie afferant JCti eximii quidam,

f) Primus in *Theſauro Variarum Lectionum*; Secundus de *Jurisprudentia media*; Tertius in *de studio juris*. g) *Præcogn. Hopp. c. 2. §. 9.* h) *D. Beyer. d. l. S. 20.*

(7) 80

dam, quam ut concedatur, dari antinomias; revera tamen dari eas, ostenderunt Antonius Matthæi, Wissenbachius, alii, & quilibet regulis bonæ interpretationis instructus quotidie deprehendet, adhuc plures dari, quam hactenus notatae sunt.

49. Ac facile demonstrari potest, hypothesin de multitudine antinomiarum, esse convenientiorem veræ Juris Theoriarum, ac longe utiliorem in praxi, quam alteram, quæ distinctiunculis quibuscumque ex cogitatis vult sanare nævum insanabilem.

50. Dividuntur Pandectæ à Justiniano in septem partes, i) à Glossatoribus in Digestum vetus, infortiatum & novum. Editionum ratione Digesta sunt vel vulgarata, vel Norica vel Florentina. 1)

51. Antequam Digesta ederentur, mandavit Justinianus Triboniano, Theophilo & Dorotheo, ut Institutiones comparent, tanquam totius legitimæ scientiæ prima elementa, quæ in quatuor libros

C divi

1) Recensitas in I. 2. s. 1. f. seqq. C. de V. I.E. 1) Præcognitio Hopp. §. 15. 16. 17. D. Beyer. d. b. n. 27. seq. conf. infra §. 126.

28 (8) 28

divisæ eodem die cum Digestis confirmatae sunt.

52. Etsi vero sine dubio intentio Justiniani haudquam fuerit, ut vel Institutiones Pandectis vel hæ Institutionibus derogare debeant, quia ejus intentio fuit, ut nulla in Corpore juris remaneat antinomia; interim tamen antinomiae evidentissimæ exemplum est decisio Justiniani de pictura, m) collata cum sententia Pauli n) in Digestis, ubi regulæ bonæ interpretationis jubent Institutiones Pandectis tanquam post has conditas derogare, o) quamvis nec negandum sit, aliquando Institutiones ex Pandectis esse supplendas, ut patet exemplo doctrinae despecificatione. p)

53. Uti vero incapacitatem Autorum satis arguit, quod non potuerint proprio Marte Institutiones confidere, sed ex aliorum Institutionibus eas exscribere necesse habuerint, & quod tantilli libelli confectione non uni sed tribus viris fuerit demandata; ita & aureus iste ut vulgo nominatur libellus pluribus adhuc nævis laborat.

54. Prä-

m) §. 34. Inst. de R. D. n) l. 23. §. 3. de R. V. o) Differ. Pro cogn. Hopp. c. 2. §. 12. p) §. 25. Inst. de R. D.

54. Præterquam enim quod magnam judicii eclipsin arguat præ Papiniano, Ulpiano, & aliiis Juris Consultis eruditissimis, electio Caji, JCti & remotissimi & non acutissimi ; quis homo ingenuus sine mentis commotione ferre possit omissionem necessariarum & potissimum doctrinarum juris, recensionem juris antiquati & antiquandi, ineptam methodum non solum generalem titulorum, sed & specialem paragraphorum, inconvenientes ac saepe ridiculas verborum phaleras, conjunctas cum strenua antiquitatum Romanarum & palpabili prudentiae Legislatoriae ignorantia, quoties ad suas constitutiones provocat Justinianus vel jus vetus abrogat.

55. Non multum prudentior fuit Paraphrastes Institutionum Theophilus (de cuius editionibus videndus Jacobus Gothofredus) q) ut vel ex fabula, quam de Scto. Macedonio tradit, r) apparet.

56. Porro cum incuria Tribonianus & Collegarum factum fuerit, ut in Pandectis multæ veteris juris reliquiae fuerint

q) Bibl. jur. p. 72. r) ad s. 7. Inst. quod cum eo, qui in ali. pot. est, &c.

relictæ, qvæ jam per constitutiones Imperatorum, etiam ipsius Justiniani Codici Justinianeo insertas erant abrogatae^{s)} inde ne Pandectæ tanquam posteriores viderentur derogare codici, necesse erat, veterem abrogari & Codicem repetitæ prælectionis formari. Hæc ergo emendatio Codicis prioris quinque vi-
ris commendata, confirmata fuit mense Novembr. 534.

57. Ante hujus Codicis editionem Justinianus etiā alias JČtorum altercationes & dissensiones, quæ vel in Digestis relictæ, vel certè per ea non essent definitæ, peculiaribus 50 decisionibus definiverat, quæ etiam Codici repetitæ prælectionis insertæ sunt. De quarum nota characteristica, et si eruditii multa subtilli-
ter disputatione, t) non tamen video ma-
gnum hujus quæstionis usum.

58. Ut adeo mirandum sit, JČtos quos-
dā eruditos u) negasse, quod quinquaginta decisiones derogent Pandectis, quibus
tamen

s) *Wissenb. ad Cod. p. 4.* ubi exempla. *Præogn. Hopp. c. 2.*
9. 22. ubi etiam exemplum. t) *Præogn. Hopp. c. 2. §. 19. D.*
Beyer d. L. n. 52. seqq. u) *Franckium, Scruvium, Lud-*
vellum.

amen ab aliis x) jam abunde fuit satis-
actum.

59. Quin imo in hoc Codice repetitæ
prælectionis leges legibus refigi & ab-
ogari videoas , cum tamen Justinianus
Triboniano & Collegis ejus mandave-
it, ut leges supervacuas seu abrogatas
circumducerent ac tollerent. Speci-
men earum dedit Wissenbachius. y)

60. Ut ergo hoc modo multæ antino-
niæ in Codicem etiam repetitæ præle-
tionis irrepsero; ita haud dubie, quoties
Codex Pandectis contradicit, iis derogat.

61. Video equidem ab aliis z) caute-
am adhiberi istam, ut videndum sit, an-
ion J Cti, ex quibus leges Pandectarum
lesumtæ sunt , vixerint post Imperato-
rem, iis in Codice contradicentem, quo
acto horum tanquam posteriorum sen-
tentia fit præferenda sententiæ Codicis.
ed non video, quo fundamento ea nita-
ur assertio.

62. Etsi enim Imperatores judices ad-
inxerint, ut sequerentur responsa pru-
entū, non tamen unquā tantam dederunt.
Cris potestatem Legislatoriam, ut etiam

C 3

pos-

x) Præcogn. Hopp. d. L. 5. 21. seq. y) ad Cod. p. 5. z) in
dict. ad Brunnem. Man. Cod.

possent abrogare constitutiones Imperatorum.

63. Deinde et sententiæ JCtorum & sententiæ Imperatorum jam non valent vi sua, sed ex autoritate & approbatione Justiniani, qui ideo publicavit codicem repetitæ prælectionis, ut Pandectis derogaret.

64. Denique si ista methodus conciliandi antinomias hoc loco adhibenda esset, præberet etiam usum in concilianis ipsis Pandectarum aut Codicis antinomias, ut videlicet JCti aut Imperatoris posterioris sententia derogaret sententiæ JCti aut Imperatoris prioris, quod tamen nemodixerit.

65. Redeamus ad historiam juris. Laborat hic Codex reperitæ prælectionis plurimis nævis jam supra ad Pandectas & Institutiones notatis, puta infamisq modo excerptendi ex rescriptis Imperatorum diversissimis & saepe sibi contradicentibus, multitudine operariorum; & quidem tali labori imparium, interpolatione Triboniana intuitu veterum legum &c.

66. Cum ergo neque sic multum proficeret Justinianus, sed incertitudo Juris quotidie augeretur, coactus fuit, novis con-

constitutionibus dissensiones & antinomias, tum à prudentioribus detectas, vel etiam in forensibus negotiorum argumentis emergentes, tollere, quæ adeo novellæ dicuntur, ac non simul, sed singulæ diversis temporibus editæ, nec etiam ab ipso Justiniano conjunctim publicatæ, sed postea à JCtis collectæ, aut barbaro vocis significatu, collatæ sunt; Unde collationum nomen acceperunt, de quarum variis interpretatioibus ac editionibus videantur post Jacobum Gothofredum præcognita Hoppiana a) & positiones Beyrianæ, b) quæ & de Novellarum numero quædam notabilia suppeditabunt. c)

67. Præterquam vero, quod & in his novellis nulla sit methodus, cum plura diversissima capita sæpè uni constitutio[n]i fuerint inserta, (cui malo volueret obviam ire d) Dionysius Gothofredus, Pardulphus Pratejus & Conradus Rittershusius id iterum satis ostendit miseriariam emendationis Justinianeæ, quod non solum una novella sit alteri contraria, e) adeoque haud dubie posterior priorem abroget, sed & quod sæpe Justinianus abrogaverit jus, quod jam diu desuetudi-

C 4

ne

a) d. c. 2. §. 28. b) d. l. §. 75. seq. c) §. 96. seq. d) D. Beyer. ibid. §. 86. seq. e) Exempla ap. D. Beyer. §. 87.

ne erat abolitum & saitem ipsius incuria
in Pandectas iterum relatūm. f)

68. Ut taceam ineptientes prologos
& epilogos constitutionum ac ratiocinia
impertinentia jam à Constantini tempore
ribus clero ad administrationem Reipu-
blicæ admisso, prudentiam legislatoriam
commaculantia, tædiosa ibidem verba
ac tautologias valde obscurantes Imper-
atoris mentem, & cruces figentes in-
terpretibus, quibus si ullæ antecessorum
& successorum, certè justinianeæ consti-
tutiones repletæ sunt. g)

69. Visa ita historia juris justinianei,
nunc ulterius videndum, quo fato Ger-
mania, quæ nunquam Imperio Romano
paruit, jure hoc peregrino tot nævis la-
borante, sed tamen tot encornis prædi-
cato à Ctis, sit onerata.

70. Nam quæ fatæ Juris Justinianei in
Oriente fuerint, item quomodo &
quibus Basilica eorumque Epitome ac
Eclogæ, item Paratitra edita fuerint,
(de quibus post Gothofredum h) iterum
consuli possunt positiones Beyerianæ i)

f) & g) lex Iustitia Cananæ. Plura exempla Suppeditabili Basili-
duini Justinianus. g) ut vel exemplo No. 15. & 118.
constat. h) in man. jur. i) de O. I. membr. 3. n. 1. ad
n. 40.

ad nos non attinet, cum jus justiniænum ex Occidente & Italia ad nos traductum sit.

71. Antequā vero fata Juris Justinianeū in Occidente consideremus, paucis etiam tradenda est Historia legum Germaniæ.

72. Mores Germanorum antiquorum a moribus Romanis fuisse diversissimos, cuilibet patebit, si diligenter scrutetur, quæ Julius Cæsar 1) de morib⁹ Germanorū & Gallorū, post hunc vero Cornelius Tacitus sub Trajani temporibus integro libello de moribus Germanorum scripserunt.

73. Atque hic libellus Taciti studiosis juris in primis commendandus est, quoniam deprehēdēt ex istis antiquis morib⁹ non pauca hodierna capita juris Germanici à jure justiniæo discrepantis derivari posse, v. g. jura hominum propriorum, carentiam proportionis inter dotem & donationes propter nuptias &c.

74. Quamvis vero multi m) in Tacitum commentati sint, quos inter eminet Philippus Cluverus, nullum tamen deprehendi, qui non in multis aberraverit à scopo Taciti. Ergo legendus Tacitus absque commentario, observatis potissimum duobus monitis.

75. Nam

1) *de Bello Gallico VI. II - 24.* m) vid. Herzii Biblioth. German. n. 25. seq.

75. Nam Tacitus ubique præ oculis habuit mores Romanorum, ut videlicet ostenderet, quomodo Germani à Romanorum moribus differant; illa enim, in quibus convenerunt, omisit. Ergo fere per totum librum comparativa m) locutione utitur ad mores Romanorum, non absoluta.

76. Deinde Tacitus quidem ubique videtur satis bona fide scripsisse, & multa de moribus Germanorum etiam ipse expertus esse, sed tamen cum Romani non intraverint interiora Germaniae, multa etiam hauisit ex relatione, adeoque ea comparando ad mores Romanorum falso sibi imaginatus est, quippe quæ non cohærent cum moribus aliis, ut quando de otio & bibacitate n) Germanorum parum verosimilia protulit, neque cohærentia cum eorum castitate, venandi & bellandi cupiditate.

77. Paucis: Romani illis quidem temporibus erant Gens luxuriosa, alieni cupida, imperium orbis terrarum afferens, cæterum valde morata, commercia cum aliis gentibus exercens, in plures

m) ut quando de agricultura loquitur. Vide *differ. nosfr. de homin. propr. Germ.* s. 7. n) vide d. *differ. s. 9. seq.*

res Reipublicæ status ac officia & munera divisa, pluribus legibus scriptis gaudens, judiciis solennibus secundum certas formulas utens &c.

78. Contra Germani erant gens casta ac sobria, paucis contenta, libertatem magis propriam defendere allaborans, quam alienæ inhians, nisi quod excursiones subinde & deprædationes populum, quibus foederibus non erant obstricti, exercearent, cæterum barbara ac simplex, commercia ignorans, agricultura ac pecuaria contenta, æquali libertate gaudens, nisi quod virtus bellica. Principes fecerent à plebe, experientia & senium instar judicariæ potestatis dirimenter controversias juniorum; Apud quam adeo plus valerent boni mores, quam alibi bonæ leges, quæque in dirimendis controversiis solennitates ignoraret, & simplici æquitate uteretur.

79. Ignorabant igitur & Germani litium tam diuturnitates, quam juris ipsius intricationem & incertitudinem. o) Quare etiam cum sub Augusto Imperatore

Quin-

o) de Judicibus antiquorum Germanarum, &c circi que fuerunt occupata judicia, pluribus egit. Conting. pecul. differt. 5. 2. seg.

Quintilius Varus cœpisset in Cherustis
judicia more Romano instituere, mox
interemto Varo tribusque legionibus
cæsis præcipue Germani in causarum pa-
tronos fævierant. Aliis oculos, aliis
manus amputarunt: unius os futum re-
cisa prius lingva, quam in manu tenens
barbarus, tandem, inquit, vipera sibilare
desiste. p)

- 80. Postquam vero Romani in exteri-
 ora Gallæ & Germaniæ penetra verunt,
 ut fieri solet, quod vel victi viætorum,
 vel confines confinjum mores assumere
 soleant, alterati aliquo modo sunt mores
 Germanorum jam tempore Taciti, q)
 sed nunquam in tantum mutari potue-
 runt, aut mutati sunt, ut magna inter
 Romanos & Germanos potuerit institui
 comparatio.

- 81. Et tenaciter adeo Germani mo-
 rem illum pristinum per aliquot secula
 retinuerunt, quod legibus non scriptis
 utearentur, & mores suos carminibus ac
 carminum versiculis, qui inde Gesæge vo-
 cantur, includerent. r)

82. Cum

p) Florus 3. V. 12. Conn. d. L. 5. 17. q) Tacitus de M. G. V. 6. XV.
 5. XVI. 3. XXII. 1. r) disser. de moribus contentione
 et iure scripto S. 55.

82. Cum tamen seculo post Christum na-
um quinto Franci, Burgundiones, We-
trogothi, Ostrogothi, Longobardi cultis-
imas Romanil Imperii Provincias in Gallia
& Italia ut victores incolere inciperent,
eges quasdam, sed paucas ac breves, ac ad
ura Romanorum non comparandas
criperunt latina lingua, s) quas post Jo-
nannem Basilium Heroldum collegit
Fridericus Lindenbrögus in Codice le-
gum antiquarum, simul exhibens leges
Francorum, Salicam, Ripuarias, Ale-
mannicas & Bojoaricas, sed novissime ea
itiudius cum aliis Regum Francorum
constitutionibus edidit Stephanus Balu-
cius.

83. Scilicet Carolus Magnus non solum
idditamenta quædam ad leges Salicas,
Bojoaricas & Longobardicas adjecit, sed
& prorsus novas leges tulit Saxonibus, t)
Frisiis & Thuringis, u) imo & in Comi-
iis Francorum varias leges capitulares,
am causas ecclesiasticas quam civiles
concernentes, sanxit. x)

84. Pa-

) Conring. de Orig. Jur. Germ. c. 2-II. t) de Saxonum legibus
ante Carolum vide Meibom. introd. ad hist. infer. Saxon. p.
77. seqq. Leges Anglo-Saxonum ab anno 712. ad finem seculi
undecimi idiomatico Anglo-Saxonico retulso editæ sunt Cantabrigie 1644 una cum Venerab. Bedæ Historia Ecclesiastica
Gentis Anglorū, addita interpretatione Gvilielmi Lombardi,
& adjuvante Glossario. n) Conring. de O. J. G. c. 12. 13. x) Contr. c. 14.

84. Patris vestigia pressit Ludovicus Pius. Collegit ista capitularia Ansegisus, & Benedictus Levita, y) easque collectiones exhibit Lindenbrogius & Baluzius.

85. Post Ludovici pii tempora quando jam Germania sejunctam à Gallia & Italia Rempublicam constituebat ad Ottonis M. tempora, parum additum est legibus scriptis, certè parum de illis hodie est reliquum. z)

86. Quare credibile est, illa capitularia Caroli & Ludovici, quæ antea in universo Francorum Imperio obtinuerunt, isthac ad Ottонem usque tempestate in Germania suam vim & autoritatem haud perdidisse, cum in Gallia & Italia eam adhuc obtinuerint. a)

87. Ottoni M. & ejus filio adscribuntur quidem articuli quidam Speculi Saxonicæ ac totum Weichbildum Magdeburgense, de quorum tamen falsitate jami constat. b)

88. Scripsit forte paucissimas quasdam leges Otto, c) præter quas nihil est juris, quod

y) Id. c. 15. z) Id. c. 17. a) Id. c. 17. p. 87. b) Id. c. 18.
c) Id. c. 18. p. 96.

quod secure liceat Ottoni tribuere; imo nihil est hodie legum Germanicarum, quod ab Ottonis successoribus usque ad Lotharium Saxonem profectum vel à quovam eorum conscriptum memoreatur. d)

89. Lotharius II communiter quidem, ed ut mox effusius dicetur, falso traditur Romanas leges in Germaniam introduisse. Quin imo circa jura nihil mutavit. Nullam certe legere est latam ab ipso legem, quae Germaniam obligavit. f)

90. Plures constitutiones promulgavit Fridericus I. in Roncaliis Italiæ campis, quarum magna pars hodie supereft. Ed fortassis tum nihil eorum in Germania observatum est. Nec vero perinde illa ad res Germanicas attinent, & feudalia jura sua seorsim à Longobardicis in uam multis diversa habuit semper Germania. h)

91. Majoris igitur indubie apud Germanos autoritatis fuere, quas in Germania ipsa Fridericus ille tulit, quas inter

d) *Conr. c. 19.* e) *§. 119. seq.* f) *Conr. c. 25.* g) *Glossa Pariserius de claris leg. Interpret. L. 2. c. 14. p. 124.* h) *Cesar. c. 25. p. 150.*

ter eminet constitutio de pace conservanda. i)

92. Etiam alia tamen, admodum licet pauca, & Friderici hujus & Henrici VI. ut & Ottonis IV. cum alibi leguntur, tum in libros Juris Saxonici, & Svevici, nec non Magdeburgensis Weichbildici, transierunt. l)

93. In universum ergo judicia Germaniae usque ad XIII Seculum à Carolinorum temporibus non ex scripto, sed ex receptis moribus ex bono & æquo sententias pronuntiarunt. Vere enim illæ veteres Carolinæ leges & capitularia manibus hominum diu exciderant, à Regibus autem subsecutis & Principibus vix quicquam circa leges renovatum memoratur, scriptas aliquas esse, neque memoratur neque ex aliis indiciis intelligitur. m)

94. Et si etiam Carolina illa vetera instituta manferint in populi manibus, pleraque tamen tantum ex consuetudine & æquo & bono neceſſe erat definire in illa scriptarum legum paucitate & emergentium negotiorum multitudine, à prisca vivendi simplicitate multum jam degenera-

i) Id. ibid. l) Id. ibid. m) Id. ibid. p. 15.

neratis omnium moribus, unde negotiorum adeoque & litium necesse est ut cōbia creverit solito major. n)

95. Præterea non legitur quod in judiciis regni Germanici publicis omni illa etate sententiam dixerint homines literati, sed vel ipse Rex vel Princeps non am literis imbuti, quam morum & soliis æqui gnari. Nec ad privata judicia eccl̄i Scabini aut iudices doctrina præstantes, sed quorum plerique & legendi & scribendi erant imperiti, quos tamen seculis prudentia commendaret & experta iustitia & pietas. o)

96. At post annum 1200. ad leges scriendas animum majori studio appelle-
e coeperunt, in dubie Italorum imitatione aut æmulatione. Quin & circa seculi XIII initia ius pontificium postquam Gregorius IX. anno 1239. circiter decales suas edidisset easque ubivis manasset observari, statim in Germania in su esse coepit, præprimis cum Johannes Semeca, Teutonicus vulgo dictus in detum glossas confecerit, qui anno 1245: ortuus est. p)

D

97. Et

a) Jd. d. L. o) Ibid. p) Com. c. 26. Pancir. de claris legi-
gum interpret. sub Semeca.

97. Et vero publico ordinum imperii Germanici decreto anno 1236. Friderico II Cæsare cautum videtur, ut secundum ius Pontificium judicentur non solum res spirituales, sed & in negotiis secularibus ejus ubique magna debeat esse autoritas. q)

98. Utī autem hic de origine & progressu juris Canonici post Gerhardi Maastricht Historiam juris Canonici merentur legi præcognita Hoppiana, r) ita hæc introductio Juris Canonici in Germaniam magnam juri Germanico addidit mutationem. s)

99. Recessit enim id Jus Canonicum multum ab antiquis legibus ecclesiasticis usque ad illud Seculum XIII usitatis, Pontificis Dominatum Clerique dignitatem in immensum extulit, novum & longum judiciorum ordinem, comperendinationum & procrastinationum uberem campum, pro simplici majorum juridica processus formula obtrusit, multitudine, varietate & obscuritate Legum & Clero & aliis crucem fixit, superstitiosorum hominum animos in Républicam armavit, Cle-

q) Cour. ibid. p. 156. r) cap. 8. adde Zieg. dissert. proœm. ad Comment. in Lancelotti Institutiones. s) Cour. p. 152.

Clerum ac populum perpetuo collisit, deinde legibus Germaniam replevit & emunxit argento. t)

100. Credo & Imperatores & Principes & alios viros quietis patriæ a-nantes id observasse, ac quantum super-titio temporum permittebat, restitisse sti incremento Juris Canon. Unde non solum ab illis temporibus sub Friderico II. Rudolpho I. & sequentibus, coeptum est vernacula lingvam magis colere, & non amplius latina illa papali & Clerica-li lingua, sed Germanica in constitutioni-bus Imperii uti, sed & judices hortari ut secundum mores patrios judicent. u)

101. Sed & illis temporibus mores & consuetudines Germanicas coeperunt colligere viri de juribus patriis conser-vandis solliciti. Etenim Epko Repko-vius Jus Provinciale Saxonicum intra primos quinquaginta annos Seculi XIII. x) primum latine edidit, postea rogatu Hojeri comitis Falckensteinii germanice interpretatus est, y) i. e. in linguam

D 2 anti-

t) *Id. ibid.* u) *Conr. c. 27.* x) *Id. c. 30. p. 182. seq. Gryphian-der de Weichbildis Saxonici c. 48. n. 13. seq.* y) Latinum textum, quo hodie utimur, non esse authen-ticum, docet Schilter. Ex. XVI. tb. 33. & Ex. XXXVII. tb. 84. Forte à Glossatore Latino confessus. Conf. Schilt. Ex. XXIII. tb. 63.

antiquam Saxoniam, quæ tantum non tota vetus Germanica est, id transtulit. z) Postea anno 1570. Melchior Zobelius in Misnicum idioma mutavit. a) Dedit operi titulum speculi Saxonici, ac illud in tres libros divisit.

102. Quamvis vero hic Codex auctoritate publica non sit promulgatus, non tamen mirandum, eum in multa Saxonie aliarumque provinciarum fora transisse, qvia recepto hactenus more secundum consuetudinem & ex aequo & bono sententiæ tum ferebantur, quarum magnam partem hoc Codice contineri persuasum fuit. b) Quare & in rebus interpretationem, a viris præclaræ nobilitatis & dignitatis, v. g. Burchardo Episcopo Magdeburgensi, Ottone Comite de Falkenstein &c. haud parum laboris est impensum. c)

103. Quanto vero in usu fuerit speculum Saxonicum anno 1373. & quam eos sint Germani ad conservandos mores patrios contra decreta Pontificum, vel ex verbis Bullæ Gregorii XI. qui illo anno id exterminare conatus est, & plu-

a) *Conr. p. 182. Gryph. c. 38. n. 13. seq. & c. 39. n. 7. seqq.* a)
Grypb. c. 39. n. 3. b) Conr. d. c. 30. p. 185. seq. c) Id. ib. p. 186.

lures ejusdem articulos damnavit, aparet. d)

104. Imo tanta olim fuit existimatio
uris Saxonici, ut non tantum in multas
Germaniae partes, verum etiam in Livo-
liam ac Bohemiam, imo & in Poloni-
m ipsam fuerit receptum. e)

105. Accessit postea Speculo Saxonico
tiam jus Saxonum Feudale, unde &
olim sub nomine libri IV Speculi fuit al-
legatum. Sed hujus autor incertus est,
nec de tempore, quo confectum sit, ex
psu scripto multum colligi potest. Ve-
ro similiter tamen illo ipso Seculo XIII.
non diu post jus Provinciale prodiit.
Sub initium quippe sequentis seculi jam
in Bohemiam ac Polonię migrasse vi-
letur. f)

106. Porro iisdem temporibus nul-
um est dubium à Principibus etiam
constitutiones literis esse promul-
gatas ac scripto comprehensas. Ean-
dem fortunam experta sunt gentium
quarundam, ut Frisorum & Helveto-

D 3 rum,

d) *Conr. c. 31. p. 192. seq. conf. c. 26. p. 157. Gryph. c. 47.* Extrat
hac Bulla cum articulis post finem Speculi Saxonici. e)

Conr. c. 31. p. 194. De Polonia adde Meibom. Introd. ad
Histor. infer. Saxon. p. 79. Ubi plura huc pertinentia. f)

Conr. c. 30. p. 187. Gryph. c. 49. § 9.

rum & urbium liberiorum statuta. Inter urbium Leges præ aliis olim eminuerunt, ad quarum exempla multæ aliæ compositæ sunt, Colonenses, Aquisgranenses, Lubecenses, Magdeburgenses. g)

107. Uti vero Jus Lubecense h) adhuc hodie in Germania magni usus esse testatur commentatoris Mevii præfatio ad illud jus (quod tamen à veteribus consuetudinibus multum recessisse & passim mutatum esse constat.) i) Ita inter omnium Germanicarum urbium statuta & consuetudines prima semper fama Magdeburgensia fuere, iisque usæ sunt Poloniæ, Bohemiæ, Marchiæ-Misnensis & Lusatensis, item Silesiæ urbes, unde & in controversiis dubiis ad Scabianus Hallensem & Magdeburgensem appellatum fuit. l) Qvorum Scabinorum tanta fuit autoritas, ut responsa eorum pro lege pene valuerint eoque plurima eorum in libros digesta sunt, m) qui post Speculum Saxonicum legi possunt.

108.

g) Contr. c. 28. h) de origine juris Lubecensis Meibom. introd. ad hist. inf. Saxon. p. 82. & p. 84. ubi citat Sibrandi jus publ. Lubecense. i) vide Joach. Kollii Lubetisch Recht. Dith anno 1586. & conf. eum Codice alio Iuris Lubecensis & magistratu eodem anno edito. Adde Mauritius prefatione ad Confilia Chiloniensia. l) Contr. c. 39. m) Contr. c. 31. p. 197.

108. Cum autem Scabini Magdebur-
jenses mores Saxonicos sequerentur &
interpretarentur, non mirandum est,
ur Weichbildum Magdeburgense, cu-
us autor incertus circa initium Seculi
KIV. vixisse videtur, pene omnia ex Spe-
culo Saxonico desumserit, ita ut hoc
Weichbildum sit Juris Saxonici quasi
Epitome. n)

109. Uti vero non diffitendum, in ju-
ris Saxonici tribus partibus haec tenus
memoratis, pro more illius Seculi mul-
tas esse ineptias, quoties de legum &
norum origine historica agitur: o) ita
amen nullum est dubium, mores ipsos
bidem recensitos continere thesaurum
ncomparabilem antiquitatum jurispru-
lentiae Germanicæ illorum temporum,
& clare monstrare, tum quidem non
lum inquinatum eam fluuisse legibus Ro-
manis, parum ex Jure Canonico tum fu-
sse receptum in causis secularibus, qvod
& ex aliis Imperatorum constitutionibus
llorum temporum patescit. p)

D 4

uo.Lon-

n) *Conr. c. 29. p. 176. seq. Gryph. c. 51. 52.* o) quo s subinde
notarunt Conringius & Gryphiander locis hacten causa circu-
tis. p) *Conr. s. 31. initio.*

rum & urbium liberiorum statuta. Inter urbium Leges præ aliis olim eminuerunt, ad quarum exempla multæ aliæ compositæ sunt, Colonenses, Aquisgranenses, Lubecenses, Magdeburgenses. g)

107. Uti vero Jus Lubecense h) adhuc hodie in Germania magni usus esse testatur commentatoris Mevii præfatio ad illud jus (quod tamen à veteribus consuetudinibus multum recessisse & passim mutatum esse constat.) i) Ita inter omnium Germanicarum urbium statuta & consuetudines prima semper fama Magdeburgensia fuere, iisque usæ sunt Poloniæ, Bohemiæ, Marchiæ-Misnensis & Lusatensis, item Silesiæ urbes, unde & in controversiis dubiis ad Scabianus Hallensem & Magdeburgensem appellatum fuit. l) Qvorum Scabinorum tanta fuit autoritas, ut responsa eorum pro lege pene valuerint eoque plurima eorum in libros digesta sunt, m) qui post Speculum Saxonicum legi pos-
sunt.

108.

g) *Conr. c. 28.* h) *de origine juris Lubecensis Meibom.* in-
trod. ad hist. inf. Saxon. p. 21. & p. 84. ubi citat Sibandi
jus publ. Lubecense. i) *vide Joach. Kollis Lubetsh. Recht-*
Büch anno 1586. & conf. eum Codice alio *Juris Lubecensis*
& magistratu eodem anno edito. Adde *Mauritius in*
prefatione ad Consilia Chiloniensia. l) *Conr. c. 29.* m)
Conr. c. 31. p. 197.

108. Cum autem Scabini Magdeburgenses mores Saxonicos sequerentur & interpretarentur, non mirandum est, cur Weichbildum Magdeburgense, cuius autor incertus circa initium Seculi XIV. vixisse videtur, pene omnia ex Speculo Saxonico desumserit, ita ut hoc Weichbildum sit Juris Saxonici quasi Epitome. n)

109. Ut vero non diffitendum, in iuriis Saxonici tribus partibus hactenus memoratis, pro more illius Seculi multas esse ineptias, quoties de legum & morum origine historica agitur: o) ita tamen nullum est dubium, mores ipsos ibidem recensitos continere thesaurum incomparabilem antiquitatum jurisprudentiae Germanicae illorum temporum, & clare monstrare, tum quidem nondum inquinatum eam fuisse legibus Romanis, parum ex Jure Canonicō tum fuisse receptum in causis secularibus, quod & ex aliis Imperatorum constitutionibus illorum temporum patescit. p)

D 4

110. Lon-

a) *Conr. c. 29. p. 176. seq. Gryph. c. 51. 52.* o) quos subinde notarunt *Conringius* & *Gryphiander* locis hacten us citatis. p) *Conr. s. 31. initio.*

II. Longe alia ratio est Glossatorum, ad speculum Saxonum, ut qui diu post compilationem Speculi Saxonici & verosimiliter Seculo XV. q) vixerunt. Hie-nim non solum Historiae omnis ignari, sed & ipsius juris Saxonici parum periti, tortura juris Civilis & Canonici ad mores Germaniae, dum per illa hoc exponere intenderunt, inepta hac mixtura omnia corruperunt. Ut adeo antiquitatum Germanicarum cupido vel plane a Glossatoribus speculi Saxonici sit abstinendum, vel certe illi cum maxima præcautione legendi sint.

III. Porro uti mores Saxonum à moribus Francorum & Svevorum parum differentes fuerunt, ita verosimiliter decimo quarto r) seculo autor incertus mores Svevicos similiter libris duobus inclusit, in quorum primo jus provinciale traxit, in secundo jus Feudale, & ad imitationem speculi Saxonici etiam iis titulum Speculi præfixit. Quin & pleraque capita ex Speculo Saxonico de verbo transcriptis, nisi quod ex legibus Romanis

q.) Conr. c. 30. p. 187. Conf. Gryph. c. 53.

nis quædam quamvis satis inepte admi-
sceat. s)

112. Cæterum non solum hoc speculum
Sveicum si conferatur cum Saxonico,
in multis capitibus mores Germaniæ &
Saxonicos longe melius explicat, quam
glossatores inepti, sed & usus hujus specu-
li & autoritas magna fuit & esse nondum
desiit. t) Hinc & Meichsnerus id ir-
ruenti in mores Germaniæ juri Roma-
no opponere volens in seculo XVI. sub ti-
tulo **Räherlich auch Königlich Landt- und**
Lehn-Recht/ edidit, & cum hæc editio ra-
rior esse inciperet, u) Goldastus idem
Tomo I. **Der Reichs-Sagungen** inseru-
it.

113. Scilicet ut ad Jus Romanum & Ju-
stinianeum redeamus, de eo sic tenen-

D 5 dum

- r) Schilterus putat cum Lambecio speculum Saxonum esse
posteriorum Svevico. Ex. 13. tb. 9. l. a. & Exerc. 17. tb. 12. item Sve-
viū esse perspicuus Saxonico & hoc ex illo explicandum.
Ex. 16. tb. 33. & exerc. 17. tb. 12. Conf. Ejus prestationem
ad jus feud. Alem. Hæc assertio uti in secundis curiis
fusius examinanda erit, ita si maxime alia argumenta de-
ficerent, sufficerent tamen ad sententiam Conringii sta-
bilendam ea quæ adduximus in dictatu ad Inst. quib.
mod. tis. fin. posit. penult. & ad Schäferum initio tit.
de testamentis. s) Conr. c. 30. p. 188. t) Conr. c. 31. p.
192. u) Testatur Goldastus T. I. **Der Reichs-Sagungen**
gut. 310. quod nullum ejus exemplar invenire potuerit.

dum est; uti Ostrogothi Romanas leges in Italia non abrogarunt, x) ita devictis Gothis magna Justiniani per Italiam omnem fuit existimatio, itaque à Præsidibus ejus publicatum per Italiam esse novum illud corpus juris, non est dubium. y)

114. Postea Longobardi in ea Italæ parte, qvam occupaverunt, leges Justiniani non abrogavere. z) Quin potius Justinianei illius universi operis extat in Historia Longobardica mentio. Multo minus ergo id factum Romæ aut in Exarchatu Ravennatensi, aut in aliis Italæ locis à Longobardica dominatione liberis. a) Quin & Johannis Papæ, qui seculo IX. vixit, extat epistola, quæ usum Juris Justinianei docet. b) Ætate tamen Longobardorum Regum mansisse in usu quædam Juris Romani ante Justinianum usitati contra Cujacum Salmasius docere voluit. c)

115. Regno Longobardico ad Carolum M. translato, hic in proœmio Legum suarum Longobardicarum testatur se in Italia utramque legem, Romanam & Longobardicam, invenisse, qui & Romani

x) *Conr. c. 20. p. 106.* y) *Id. ibid. p. 111.* z) *Id. p. 116.* a) *Id. p. 106.*
b) *Id. p. 111.* c) *Id. p. 112.*

mani Juris usum in sat multis negotiis veteri Italiæ plebi, Longobardico regno subditæ, permisit, idemque fecit filius eius Pipinus. d)

116. Eodem vero tempore & Romæ leges Romanæ viguerunt, quas cum Lotharius Imperator, Ludovici Pii filius, abrogare vellet, qvo minus id fieret, intercessit Leo IV. Pontifex. Inde tamen Lotharius plebi Italicæ optionem dedit, legem aliquam sibi eligendi ex istis tribus, Romana, Longobardica, Salica, quod hactenus insolitum fuerat. e)

117. Cum igitur hæc arbitraria juris Romani electio ad Lotharium Saxonem usque manserit, f) nihil vero ex Pandectis adductum ea ætate legatur, sed interdum ex Codice, plerumque autem ex Novellis, g) patet, ante Lotharium Saxonem in Italia juris Romani & quidem maxime Justinianei usum aliquem arbitrarium, exiguum ubivis, frequentiorem tamen Romæ, inque aliis Exarchatus locis, quam in Regno Longobardico, & Novellarum præcipuam fuisse autoritatem in nonnullis rebus ecclesiasticis. h)

118. Germaniam Transrhenaniam & Galliam quod attinet, ibi leges quidem

a) Ibid. p. 106. sq. c) Ib. p. 107. f) Ib. p. 108. g) Ib. p. 112. h) Ib. p. 114.

dem Justinianeæ nunquam floruerunt,
ii) at Codex Theodosianus apud Burgundiones & Francos etiam usque ad tempora Carolingorum in usu fuit, qui adeo intelligendus est, quoties in capitularibus Francicis legis Romanæ fit mentio. 1)

119. Communi quidem persvassione m) traditura fuerat, ac si leges Romanæ ante hac sepulta Lotharii jussu in Scholas pariter ac foras omnibus aliis antiquatis reductæ sint, atque ita ex eo tempore sola illæ leges in Italia & Germania vim & usum obtinuerint. n)

120. Sed præterquam quod ex hactenus dictis patet, ante Lotharium II. aliquem juris justinianeum usum in Italia superfuisse, insuper fuisus demonstravit Conringius, non tantum incertum sed & falsum esse, Justinianeas leges in Scholas Lotharii jussu & autoritate esse reductas o) ac pari falsitate illam sententiam laborare, quando afferit, abrogatis receptis omnibus legibus solas Romanas Lotharii

i) Id. p. 106. l) Id. p. 109. Confer quæ de transmissione duplice ap. Francos, vel secundum legem Romanam, vel secundum Salicam diximus ad Infit. tit. de Libertinis. m) autore incerto. Corr. c. 24 p. 149. & de Antig. Acad. suppl. s. n) Corr. c. 20 p. 105. o) Id. c. 22.

rii justu esse reductas in forā Itālicā, p) tantum abest, ut ab hoc Imperatore leges Romanæ in Germaniam traductæ fuerint. q)

121. Quamvis autem minimæ circumstantiæ, quibus jus Romanum in Scholis & foris Italiae magni fieri cœpit, dari nequeant, dissentientibus ea in re historicis, eo tamen modo id circiter factum esso verosimile est. Cum Innocentius II. & Lotharius II. adversus Rogerium Siciliæ Regem pugnarent, forte Amalphi inventæ sunt juris Pandectæ supra omnem memoriam diu ibi servatæ, & Pisanis, qui Cæsarem juverant, sunt donatæ, unde Pandectæ Pisanæ diu sunt appellatae, donec Pisæ in Florentinorum potestatem redactæ fuerint à quo tempore dictæ sunt Pandectæ Florentinæ. r)

122. Docebantur eo tempore Bononiis artes liberales. Cum vero jura ex præfatis Pandectis descripta eo venirent, primus Pepo, qui ibi artes liberales docebat, ea interpretari cœpit. Sed cum non admodum aptus ad id videretur, hoc munus Irnerio est demandatum. s)

123. Fa-

p) Id. c. 22. q) Id. c. 24. r) Conr. c. 21. p. 118. Pancir de cl. Leg. interpr. l. 2. c. 3. p. 106. Et c. 13. p. 120. s) Pancir. l. 2. c. 4. p. 101. Et c. 13. p. 119.

123. Factum id esse à Lothario cum communi & hactenus rejecta sententia dicit Guido Pancirolus. t) Alii contra Irnerium svasu Mithildis Comitis sæ hanc explicationem suscepisse tradunt, u) alii, qvod probabilius, Irnerium privata autoritate interpretatione legum initia dedisse asserunt. x)

124. Ostiensis aliam etiam occasio nem refert : As, inquit, i. e. XII. uncie. As ergo quandoque ponitur pro obolo. Propter quod verbum venit Bononiam studium ci vile, sicut audivi à Domino meo. y) (Azone)

125. Non mirum adeo ,qvod & in anno, quo professio juris Civ ilis orta est Bononiæ, non conveniant ; Sigonio annum 1102. nominante, z) Bononiensibus annum 1128.a) Helvico b) annum 1150.

126. Quicquid sit , ipse Irnerius cum tanto applausu Jus exposuit, ut inde lucerna juris fuerit appellatus. c) Posuit autem Irnerius initio operam in evolvendis Codice , Digesto veteri & novo atque

c] d. c. 3. p. 100 .u] Urspergenfis. Conträng. c. 21. p. 117. us. 120. 124. seq. x] ipsi Bononienses. Contr. d. c. 21. p. 127. seq. y] Contr. ibid. p. 126. z] ap. Contr. p. 118. a] 16. p. 146. seq. b] in Tabb. Chronol. c] Pancr. II. n. 40.

atque institutionibus Bononiam tunc perlatiſ. Inde oblatum illi infortiatum, ſed primo tribus partibus mutilatum, mox integrum. Tandem inventus liber authenticorum. d)

127. Scholia brevia primus edidit, quæ glossas; hoc eſt interpretationes vocavit. e) In eo vero non parum erraviffe viſus eſt, quod ex duabus Græcarum Novelarum versionibus aliam elegantiorem velut adulterinam rejecerit, & eam, quæ minus latina eſſet, & de verbo ad verbum Græcum textum interpretata erat, ſed ut a Justiniano, f) receperit, ac eam authenticam vocaverit. Unde posteri etiam errorem hunc ſecuti ſunt. g)

128. Idem Irnerius vulgo etiam creditur, ut laborem studiosorum ſublevareret, authenticas interpretationes novelarum angustis verbis coarctatas codicet apposite inſeruisse. h) Sed ostendit Strauchius, Irnerii hunc laborem non fuiffe, fed antiqviores, quamvis

Pa-

d) Codr. p. 126. Pancir. II. 13. 131. seq. e] Pancir. d. p. 129.

f) A. 2. s. hoc autem Cod. de V. 7. 5. g] Pancir. iiii.

h] Pancir. p. 121.

Papiens & postea Irnerius eas forte au-
xerint. i)

129. Sed cum Irnerius totum Jus sin-
gulis annis solus explicare non posset,
quatuor alios juris interpretes assumisit,
qui cum eo Bononiis jura publice profes-
si sunt: Martinum Gosiam, Bulgarum,
Jacobum, Hugolinum, vel Hugonem à
Porta Ravennate. l) Ex quo patet, quam
acri studio Itali statim juri Romano in-
cubuerint. m)

130. Nec ergo mirandum, quod idem
Jus Romanum mox ex scholis in foro e-
tiam maximos progressus fecerit. Quod
factum spontaneo populi studio, penes
quem arbitrium erat, vel Longobardi-
cas vel Romanas Leges sectandi. Idque
enata opinione, Jus Romanum Longo-
bardico & æquius & plenius & utilius es-
se, ad gloriam quoque pertinere, non am-
plius hærere in majorum institutis qua-
si rudioribus, & multum barbaris, sed
præsa Romana sectari. n) Quamvis & ad
hoc

i) *Beyer de O. f. n. 60. seqq.* Lis tamen ingens inde orta non
ita pridem Pagenstechero cum Cornelio van Bynkershoek
de qua tamen nostra parum interest. l) *Pancir. d. L p.*
122. junct. c. 14. 15. 16. 17. m) *Coy. c. 23. p. 141.* n)
Conr. c. 23. p. 137. 138. 142.

hoc populi studium paulatim & Cæsarum cura accesserit, ut mox videbimus.

131. Quanta vero in autoritate fuerint quatuor illi Irnerii & discipuli & socii, exinde patet, quod, dum Irnerius in extremis laboraret, & Scholares ex illo quærerent, cuius doctrinam ipsis post mortem suam commendaret, sic respondisse fertur :

Bulgarus os aureum : Martinus copia legum ;

Hugo mens legum ; Jacobus est quod ego o) i.e. Juris lucerna.

132. His florentibus statim sub Friderico I. Imperatore, cum in Italiæ campis Ronealiis jus diceret, Jus Romanum, etiam Imperatore approbante, fere unice in foro observatum. Eos enim tanquam legum Romanarum valde peritos, ut si bi jus dicenti assisterent, adhibuit. p)

133. Qvamvis multiplicatio litium usurpato hoc Jure simul ex eo appareat, quod Imperator videns multitudinem eorum, qui crucis bajularent, secundum

E mores

o) *Corr. antiqu. acad. suppl. 51. p. 141.*

p) *Corr. O. I. G. c. 23.*

mores Italorum coram Judicio agentium) misertus illorum, ad quatuor illos Juris Professores dixerit: mirari se prudentiam Latinorum, qui, cum præcipue de scientia legum glorientur, maxime legum invenirentur transgressores, quamque sint tenaces Justitiae sectatores, in tot esurientibus & sitiensibus justitiam evidenter apparere. q)

134. Cæterum Martinus cum saepe neglectis juribus Romanis ex æquitate sibi metu excogitata responderet, statim diversis sectis causam præbuit, cum eum Placentinus & Albericus à Porta Ravennate maxime secuti fuerint, propterea ab autore Gosiani appellati. Adversarius fuit Bulgarus & hujus Asseclæ Azo & Accursius, r) ex quibus ipsum Azo etiam clavibus interemisse, quamvis falso dicuntur. s)

135. Causa dissidii inter Martinum & Bulgarum præcipua fuit, quod Imperator Fridericus, cum ei in Italiam venienti Dertonenses & Cremonenses portas occlusissent, in campis Roncaliis quatuor præfatos Doctores Juris interrogaverit,

an

q) Id. d. p. 141. r) Panier. N. 14. p. 14. s) Id. p. 26. t) c. 25.
p. 142.

an rerum omnium Cæsar dominium haberet, qvæ ejus indulgentia velut precatio Jure à possessoribus tenerentur. Hanc autem quæstionem Martinus affirmavit ac Bulgarus negavit, t) ac tantum Imperatori imperium competere afferuit. u)

136. Itaque Martinus cum Cæsarem ambitiosius coleret, magno in honore semper extitit, ac de multis ad leges Romanas pertinentibus, cum eo familiariter collocutus etiam nonnullas opiniones, quarum autor extiterat, Imperatoris autoritate comprobari obtinuit. x)

137. Inter alias illa celebris fuit, de qua semel adversus Bulgarum contendit, inanes contractus addito Juramento jure confirmari, de qvo cum uterque apud Cæsarem disputasset; ille Martini sententiam lege data recepit. y)

138. Sed nec multo minor fuit autoritas Bulgari, qui & ipse, ut Bononia se dederet Imperatori, autor fuit. Qvare

E 2 &

t) Pancir. II. 14. p. 124. u) Conr. c. 23. p. 145. Similis sis inter J. Fr. Horninm & VVittebergenses. x) Pancir. d. L. p. 125. y) Pancir. ibid. 126. Habes occasionem famosæ Authentice sacramenta paberum. C. si aduers. 6redit.

& à Friderico , ut vice ejus jus diceret , Bononiæ creatus est . z) Vir etiam cum proprio damno tradita juris Romani defendens . a)

139. Erant & aliæ rationes ac modi , quibus Professores juris Romani se insinuarent Imperatoribus . Ortæ jam fuerant sub Conrado III Duce factiones , quæ Italiam diu lacerarunt , Gibellinorum , qui jura Imperatorum contra Pontificem defenderent , & Guelphorum , qui Pontifici adhærerent , dominium mundi sub titulo servi servorum prætendentí . b)

140. Et si vero Martinus per factiōnem Gibellinorum Cremonā patria expulsus esset , tamen cum ipse Cæsarem sibi faventem sentiret , agnatos Gibellinæ factiois Principes fecit , qui tamen postea adversa parte Bononiæ prævalente omnes patria ejecti fuere . c)

141. Sci-

z) *Pancir.* II. 15. p. 127. a) Exemplum ap. *Panciroli.* p. 128. Ubi & de ejus secunda uxore , cum interpretaretur legē : rem non nobam neque insolitam aggredimur . b) Originem nominum vide ap. *Aeneam Sylbium hist. Frider.* L. p. 18. & 19. & ibi *Bæcl. in addit.* p. 129. *Bartolum pecuniarum trattatu de Guelphis & Gibellinis.* Schilt. de Lib. Eccles. German. V. 10. 2. *Einleitung zur Deutschen Historie* p. 817. 855. Plura de illis factionibus *Platina* hinc inde in hisis Pontificis . c) *Pancir.* II. 14. p. 123. & 126.

141. Seilicet cum Jacobus ex illis quatuor Professoribus memoratis Bononiæ juradoceret, Gratianus Monachus Decretum compilabat, d) quo anno 1150. ab solo illud Eugenio III. Pontifici offerendum Romam detulit. e)

142. Scripsérat antea ad istum Eugenium Papam Bernhardus ægre ferens usum legum Romanarum in Italia: *Quotidie perstrepunt in tuo palatio leges, sed Justiniani, non domini. Rectius etiam? istud tu videris. Nam lex domini immaculata convertens animas: et autem non tam leges quam lites sunt, & cavigillationes subvertentes judicium.* f)

143. Igitur Pontifex haut dubie ægre ferens, quod juris Romani Professores adhærerent partibus Imperatoris, hac occasione arrepta opus Gratiani in Scholas introduxit; idque tantæ autoritatis fuit, ut qui id ita edidicisset, ut aliis prælegere posse videretur, Doctoris titulo fuerit honestatus. g)

144. Fecit hoc decretum in scholis receptum tantos progressus, ut jam tum sub Friderico I. Cæfare Doctores De-

E 3

cre-

d) *Pancir. II. 16. p. 129.* e) *Pancir. III. 2. p. 404.* Ubi & de Cardinali Vocato Palea. f) *Conr. c. 23. p. 143.* g) *Pancir. III. 2. p. 405. Conr. c. 26. p. 153.*

cretistæ appellati in foris Italicis causas egerint. h)

145. Ab illo tempore perpetua fuit æmulatio inter Decretistas seu Canonistas & Legistas seu Juris Romani Professores, his Gibellinorum, illis Guelphorum partes tuentibus. i)

146. Vel hoc igitur intuitu Fridericus I. & seqventes Imperatores studia Juris civilis approbarunt & adjuvarunt, qvoniā ad antiquorum Cæsarum jura adspicabant, Romani vero juris Doctores jam tūm, quæ in legibus illis de Cæsaribus antiquis dicuntur eorumque potestate, sui temporis Cæsaribus tribuebant. Et forte inde nata fuit Friderici constitutio de privilegiis Scholarium, l) ut quæ non nihil huc facere videtur. m)

147. Habes simul originem, qua ratione Jus Justinianeum ad definiendas juris publicæ controversias fuerit adhibitum, Legistis ulterius pergentibus, ac non solum Duces & Comites æquiparantibus Præsidibus, ac Præfectis Romanorum, sed & docecentibus, nec majora Episcopo-

b) Cour. d. l. i) Gryphianander de Weichbildis Saxon. c. 48. n.
7. l) Amb. Habit. C. ne filius pro patre. m) Cour. c. 33.
p. 143.

scopis quam olim deberi, cum contra Canonistæ ex adversa parte Pontificem extollerent, decretisq;ve Papalibus ad ductis Cæsaream Majestatem opprimerent. n)

148. Pertinet huc, & simul ad genium Legistarum seu glossatorum intelligendum, disputatio Azonis Bulgari Asseclæ & successoris, cum æmulo JCto Lothario, quæ à multis cum modo memorata dissensione Martini & Bulgari miscerì solet. o) Cum Henricus 17. Imperator anno 1190. Bononitæ esset & inter Azonem Lothariumque medius per urbem equitaret, ab iisque quæsivisset, cui nam merum imperium competeteret? Tum Lotharius, Te solum Cæsar, respondit, jus gladii habere arbitror. Contra Azo etiam Praesidibus merum imperium competere afferuit. Cæsar Lothario tanquam rectius sentienti eqvum dono misit. Unde Azo dixisse fertur: dixeram æqvum, sed perdidi eqvum. p)

149. Idem Lotharius matronas intemperantius sectatus aliquando formosam

E 4

mu-

a) *Conr. in prefat. ad German. Taciti p. 16. seq.* o) *Conr. c^d 23. p. 143.* p) *Pancir. II. 25. p. 142.*

mulierem, cuius causa ipsi & Azoni ut arbitris compromissa fuerat, ut ejus adspectu frueretur, non per nuncium, ut alii consueverant, sed ipsemet domiconvenitam impudenter citare volebat. Qb id magnam cum Azone, facti indignitatem ægrè ferente, contentionem exercuit, dicens, arbitros per se, non per alios in jus vocandi potestatem habere, sicut & olim Tribuni plebis ipsimet jus apprehendendi, non per alium in jus vocandi autoritatem habuisse feruntur. q)

150. Sub Imperatore Friderico II Accursius Azonis discipulus & Martini asseclarum adversarius cum sero r) ad juris studium pervenisset, in solitudinem secedens ex aliorum glossis novas conflavit, quæ postea ut absolutiores & ordinatores solæ in manibus studiosorum versari coeperunt, quod opus anno 1220. perfecit. s) Ubi tamen multa sibi ad scriptissime videtur, paucorum tantum nominibus quandoque recitatis. t)

151. Sub Alberto Austriaco Dynus Muggellanus Bononiae docens tantæ doctrinæ

q) Pancir. II. 26. p. 143. r) Secundum alios anno 40. s) tatis, secundum alios anno 28. Pancir. II. 29. p. 147. t) Panc. d. L. t) Id. II. 4. p. 101. seq.

næ fuit, ut eo disputante tota legalis Philosophiæ Synodus adesse crederetur. Sed vulgo Pontificiæ legis expers habitus fuit, quod in Commentario ad titulum de regulis juris in sexto solum Jura civilia adducat. Admotus tamen fuit à Bonifacio IX. ad sextum illum Decretalium librum cum aliis ordinandum. Quod vero non fuerit adulator Cleri, exinde patet, quod vir qvidam sanctitate insignis retulerit, sibi in somnis visum fuisse, Dynum ad inferos esse damnatum, quod inique respondisset, testatorem, qui se piæ causæ debitorem confessus fuisse, ex eo dicto ad solvendum non arctandum. u)

152. Similis ingenii fuit priori coætaneus Petrus de Bella Pertica, ut qvi plura contra jus per imperitiam à Pontificibus statuta credere maluit, quam ipsa Jura conciliare, & cum qvis canonem citabat, solitus est respondere: transeat cum erroribus Canonistarum. x)

153. Sufficiat ista pauca de origine & progressu juris Civilis in Italia dixisse, de que ingenio & moribus Professorum ju-

E 5

ris.

u) Id. II. 45. x) Id. II. 46.

ris. Plura eam in rem suppeditabit Guidonis Pancirolli Tractatus de claris legum interpretibus magna diligentia conscriptus, in cuius libro I. de Jctis Romanis, in II. de Glossatoribus Juris Romani seu Legistis, in III. de Canonistis, in IV. de Europæ academiis multa non vulgaria, pleraque tamen ex ipsis glossatoribus excerpta exhibet.

154. Ibi non solum de vitis Juris Consultorum, sed & de modo ac methodo studendi jura ejusque origine, de modo & origine creandi doctores, de diversis Doctorum officiis, de variis modis interpretandi leges, de antagonistarum origine, de origine methodi singulas leges per vulgatum: præmitto, scindo &c. exponendi; de modo contrarias leges conciliandi, de modo tractandrum quæstionum, de pronunciatione docentis, de discentibus, de vestitu ac habitu Doctorum peculiaribus capitibus agit. Quin & in vitis Juris Consultorum multa notabilia ad ista capita pertinentia inspergit.

155. Ex quibus omnibus lucem capiunt multæ antiquitates Academicæ etiam Con-

Conringio prætervisæ ; præprimis autem conditio jurisprudentiæ apparet, & quam gravibus nævis ea laboraverit, dum videlicet Glossatores per aliquot Secula pro conditione illorum temporum omnes antiquitates Romanas, & ita etiam rationes legum Romanarum ignorarunt ; dum singuli quidem stupenda diligentia memoriam excoluerunt, judicium vero simul excolere nec voluerunt nec potuerunt ; dum nimio studio conciliare voluerunt distinctionibus quibus cunque excogitatis antinomias, etiam veras ; dum ex illis rationibus, & insuper ex perpetua æmulatione ac corruptissimis quorundam moribus, necessario Sectæ & præjudicia autoritatis ac simul maxima juris incertitudo orta fuit ; dum his omnibus non obstantibus maxima illorum temporum ingenia in magna copia his tamen defectibus fuerunt inquinata, & eos fere in totam Europam incredibili & rei literariæ & Reipublicæ damno propagaverunt.

156. Pertinent eo præter hactenus dicta, quæ Pancirolus ipse de corrupto do-

docendi more, y) de turpi æmulatione Baldi & Christophori Castellionei, z) de ineptis modis conciliandi antinomias, a) de decem millibus auditoribus Azonis ac neglecta disciplina, b) de Bartoli & Baldi æmulatione & moribus, c) de stulte affectata omniscibilitate Philippi Caffo-li, d) de moribus Bartholomæi Socini, e) Jasonis Maini f) Philippi Decii, g) Mariani Socini h) observavit.

157. Similiter vero ex Socinorum, Maini ac Decii, vitis constat, quanta in autoritate doctores juris fuerint non solum apud proceres Italiae, sed & apud Reges exteriores & quantis stipendiis ad profitenda jura ac multis precibus fuerint conducti.

158. Creverant interea etiam æmulationses inter Canonistas ac Legistas, & prolixis tractatibus jura imperii & defendebantur & oppugnabantur. Integra volumina pro imperio editorum tractatum collegit Goldastus i) jam sub Friderico II. Petri de Vineis pro imperio &

y) II. 4. p. 102. 103. z) II. 5. p. 104. a) II. 7. p. 109. b) II. 25. p. 140. c) II. 67. p. 189. & II. 70. p. 200. d) II. 70. p. 203. & II. 73. p. 211. e) II. 126. p. 279. f) II. 127. p. 283. g) II. 138. h) II. 162. i) *Tribus Tomis de Monarchia Imperii.*

& Simibaldi Flisci, postea Innocentii Papæ IV. pro autoritate Pontificis scripta & fatum infelix prioris recenset Panciro-lus. 1)

159. Quantis ineptiis vero hic ab utra-que parte pugnatum fuerit, uti ipsa scripta ostendunt, ita solebant Canonistæ textus Scripturæ Sacræ, Legistæ vero leges Justinianeas misere torquere; inter alias freqventer provocabant juris Civi-lis Doctores ad constitutionem Antonini, quâ se mundi dominum vocavit, quamque ut communiter in exemplari-bus Juris Justinianei corruptam, sano sensui restituere voluit Jacobus Gothofredus. m)

160. Ejusmodi ineptiæ occasionem dabant aliis; ita Veneti exemptionem suam ab imperio Romano & libertatem de-monstraturi, facile inveniebant Legistas, qui eandem constitutionem Antonini eo torquerent. Neque infreqvens erat il-lis temporibus, ut autoritas ejusmodi doctrinarum ineptarum stabiliretur, vel in-

1) III. §. m) Peculiaři dissertatione ad l. 9. ad l. Rhod. de jactu. Sed cum ea dissertatione omnino conferri mere-tur erudita commentatio Binkershukti ad eand. legem: & Illustris Spanhemii Orbis Romanus.

in vectivis in adversarios tanquam in hæreticos, vel somniis, quod dissentientes ob denegatum assensum in inferno vel purgatorio flammis torquerentur. n)

161. Cum tamen illa tempora eruditio-
nem solidiorem non ferrent, & laici sub
jugo clericali gernerent, ac Monachorum & Canonistarum ineptiæ Legista-
rum nævos longe superarent, non adeo
mirandum, quod barbaries illa Glossa-
torum extra Italiam etiam in alia Euro-
pæ regna cum magno quidem applausu,
institutis ad exemplar Italicarum, etiam
in Gallia & Germania passim Academiis,
fuerit suscepta.

162. Postqvam enim in Galliam & Hi-
spaniam Seculo jam XIII. leges Romanæ
penetraverant, o) tandem & in Germa-
niam cum Academiis fuere introductæ,
cum antea sub Caroli IV. temporibus Bar-
tholus JCtus, à Perusinis ad Cæsarem Pi-
fas legatus missus esset, & hac occasione
Imperatori cognitus p) ad confectionem
etiam Aureæ Bullæ ab eodem adhibitus
fuisset.

n) Job. *Dant. hypotyp. scz. I. 2. 3. 4. p. m. 156. seq. Conf. Pancir. II. 67. p. 193.* o) *Conr. de O. I. G. c. 24. p. 147.*
p) *Pancir. II. 67. p. 194.*

fuisset. q) Quæ etiam maxime verosimilis ratio afferri poterit, cur aurea Bulla latino idiomate fuerit conscripta. r)

163. Sub Carolo IV. anno 1346. à Ruperto II. Palatino Heidelbergensis, tum anno 1356. Viennensis, ab ipso Carolo IV. 1360. Pragensis, tum anno 1388. Coloniensis, 1392. Erfurdiensis, ortæ sunt, quas sequenti Seculo 1403. Herbipolensis, 1409. Lipsiensis, 1419. Rostochiensis secutæ sunt. s)

164. In his ergo Academiis & si non statim in omnibus, indubie Italicarum Scholarum exemplo, ad quarum normam omnes nostræ constitutæ sunt, Romana jura doceri copta sunt. Multiplicatis autem intra breve tempus Academiis, & sic piaſſim docentium & discen- tium illa jura institutis coetibus, brevi tempore magna juris illius peritorum multitudo initio statim Sec. XV. succre- vit, t)

165. Porro cum Professores academi- ci de jure statim iuciperent respondere, &

q) *Linn. ad A. B. obf. 30. ad preacm. Conf. Thulem. de bulis c. 6. §. 15. p. 61. seq.* r) de quo alias disputat *Linn- neus* 16. obf. 1. Adde *Conring. c. 27. p. 165.* s) *Vide Heli- ci Tabb. Chronol.* t) *Gottfr. 6. 33. p. 208.*

& partim ipſi , partim eorum discipuli consiliis Principum & judiciis tantum non superioribus adhicerentur , non potuit non usus Juris Romani simul ex scho- lis in foro Germaniae esse traductus . u)

166. Eadem est ratio juris Feudalis Longobardici , ut circa quod non longius rationes sunt querenda , quo pacto in Germaniam transierit . x) Videndum saltem , quomodo in Academias Italicas fuerit inductum . Id vero ex Odofredo jam notavit Alvarottus , quod sub Friderici II. temporibus Hugolinus librum Feudalem novellis Justinianeis , ut decimam collationem , aptaverit . y)

167. Quemadmodum autem viri eruditi conuesti sunt , quod introductio juris Romani in Galliam & Hungariam causa fuerit multarum calumniarum , sycophantiarum & multiplicatarum litium , z) ita postquam in Germania sub Sigismundo magna pars proventuum ecclesiasticorum ad sustentandos etiam Professores Juris fuerat destinata , a) mox sub Frideri-

u) *Conr. c. 32. p. 204.* x) ut videtur facere Conringius c. 32. p. 208. & c. 33. p. 221. y) Ut memorat ipse Conring. c. 26. p. 153. z) *Conr. c. 32. p. 202. seq.* a) *Ibid. p. 198.*

derico III. anno 1441. status imperii non absque justis rationibus in publicis Comitiis de Legistis pariter ac Canonistis conqvesti sunt, atque eorum remotiones a consiliis Principum pariter & judiciis instanter petierunt. b)

168. Etsi vero ipse Fridericus III. de juris Doctoribus minus benigne senserit ac dixerit, juris æquitatem ab eis subverti justitiamque foedari, nihil tamen durius statutum est, sed potius declarationes articulorum præfatæ reformationis ita sophistice positæ sunt, ut sub iis pristinam autoritatem non difficulter retinere potuerint. c) Ut & paulo post omnia pene consilia, omnia judicia solis illis fuisse concredita. d)

169. Sub Maximiliano eadem fata continuarunt. Nam qvamvis & ipse Glosfatoribus parum æquus esset; e) cum tamen idem una cum pace publica judicium Camerale instituerit, communiter etiam dicitur, jus Romanum simul in foro Germaniæ introduxisse.

F

170. Et

b) Videatur ipsa reformatio Friderici III. ap. Goldastum.
Conring. c. 32. p. 199. dissert. nostr. de hac reformatio-
ne. c) d. dissert. nostr. d) Conring. d. l. p. 204. e) Ehren-
Spiegel des Hauses Österreich in cap. de Circutibus Ma-
ximiliani.

52 (66) 30:

170. Etsi vero communem hanc sententiam peculiari dissertatione impugnaverit Conradus Sincerus, tamen si accuratius momenta omnia inspicias, nullum quidem est dubium, etsi forte non statim initio, pedetentim tamen in Cameram una cum Doctoribus Juris Romani, etiam legibus imperii Jus Romanum introductum fuisse, non tamen ut jus ordinarium, sed saltem ut subsidiarium deficientibus nempe moribus communibus Germaniae aut statutis locorum particularibus. f)

171. Neque tamen diffitendum, Legistas, cum semel obtinuissent receptionem juris Romani in Cameram tanquam juris subsidiarii, non contentos fuisse hac tolerantia, sed etiam intendisse, ut jus Romanum tanquam jus ordinarium recipereatur, & mores Germaniae pedetentim supprimerentur. Hinc obtinuerunt, ut in ordinatione Camerali Augustanae anno 1500. §. 18. jus repræsentationis Collateralium in successione ab intestato approbaretur, & contrariae Germanorum consuetudines abrogarentur.

Hinc.

f) Corr. c. 33. Et prefat. secunda ad Tacit. de M. G. p. 70.
seq. Dn. Stryke Diff. proem. de usu moderno Pand. Corr.
Sincerus secund. Diff. Part de pace publica. q.s. l. m. 101. seq.

Hinc in ordinatione Notariorum Coloniensi 1512. c. i. Observatio legum Romanarum in successione testamentaria moribus videlicet Germaniae incognita, sed tamen saltē quoad notariorum functionē introducta fuit. Imo integer Processus Cameralis in ordinatione Camerali Ratisbonensi de Ao. 1507. allegatis ubiq; Glossato-rib⁹ ad normā processus tædiosissimi non tam legum Romanarum quam ex jure Canonico & Romano mixti fuit ordinat⁹.

172. Sed non ubique obtinuerunt Legistæ intentionem suam. Cum enim in juramento Assessores Cameræ deberent etiam promittere, qvod vellent judicare secundum consuetudines tam communes quam speciales, non poterant jus repræsentationis in linea collaterali sic introducere, ut mores Germaniae contrarii cum effectu abrogarentur. Tentarunt eqvidem sub initium regiminis Caroli V. ut Constitutio Maximiliani renovaretur, sed contradixit tum & solennissime protestatus est Elector Saxoniae, id que jure factum fuisse fusius deduximus alibi. g)

173. Cum ergo sic non possent finem obtinere, aliis modis rem aggressi sunt. Caroli V. ordinatio criminalis, dum plurimos articulos dubios non determinavit, sed judices ad Collegia juridica remisit, per indirectam saltem autoritatem Juris Romani multum adjuvit, etsi per collegia juridica non praeceps intelligi debeant Facultates Professorum Juris, sed Scabinatus sub isto nomine potissimum comprehendantur.

174. Atque haec ita obtinuerunt in aula Imperatoris & judicio Camerali. In territoriis Principum & Statuum usus juris Romani tardius receptus est, in Frisia, Hollandiam, Saxoniam demum Seculo XVI. penetravit. Ulricus Huttenus tempore reformationis adhuc scripsit Saxoniam moribus antiquis viventem, Bartolum, Baldum ac Justiniani Pandectas ignorare, h) sed penetravit tandem ita, ut ubivis hodie floreat & vigeat jus Justinianeum & ubique in judiciis allegetur, Jus vero Germanicum antiquum non solum plane ignoretur, sed & communis perswasio sit orta, ac si à Jure Romano plane sit deglutitum.

175. Qui-

h). Corr. c. 32. p. 205.

175. Quibus artibus Legistæ receptionem istam universalem vel quasi tandem obtinuerint, quæ remedia à juris Patrii defensoribus contra adhibita fuerint, prolixiorē & peculiarem dispectionem meretur; jam sufficiet, saltem ejus summa capita per indicem proponere.

176. Opposuerunt se incremento juris Romani potissimum Scabinatus, ut qui adsveti erant, secundum leges & mores Germanicos pronunciare. Item Senatus urbium commercia maritima tractantium, & quæ procul remotæ essent ab Academiis. Hæ enim dum non facile Doctores juris reciperent in Senatum, diutius jura patria conserverunt. Quinimo Doctores juris non uno in loco ex Senatu aut Scabinatibus moti sunt. i). Speculum Saxonicum variis editionibus, typis impressum est, ne ejus oblivio facile irruere posset. Simili intentione à Meichsnero Speculum Sveicum ē tenebris in lucem protractum est, qvod ipse satis in præfatione declarat. Scabinatus non obstantibus præjudiciis Facultatum juridicarum oppositis, secundum mores patrios

F 3 pro-

i) Conring. c. 32. p. 202. etiam Lipsiæ sub Rauschero Consule. Vide Peifferi Lipsiam.

pronunciare continuarunt &c. Tandem nostris temporibus JCri quidam excel-
lentissimi, sed & paucissimi, præprimis vero Johannes Schilterus Jura Germaniæ hactenus plane incognita in notitiam multorum revocarunt.

177. Contra progressum Juris Romanii promoverunt, qvod Lutherus ex sua peculiaristiatus ratione in Canonicas & jus Canonicum sæpe in vectus, sæpe Juris Consultos Romanos commendaverit; qvod plerumque Electorum & Principum Consiliarii essent Doctores juris; adeoque omnia Collegia juridica & Scabinatus Doctoribus juris repletentur, qvod assessores Camerale 1) saepius pronunciarent contra jura Germanica, m) & quod ille in editis observationibus Cameralibus nihil fore quam jus Romanum & Canonicum acutiusque juris Glossatores allegarent, n) qvod Doctores juris in Saxonia inciperent in Spe-

1) De assessoribus Cameralibus primorum temporum vide peculiarem tractatum in Walterii Chronico Chronicorum Politica T. II. p. 441. seq. m.) Illustre exemplum habes in Dissert. de quasi emancip. Germanorum. n) Probavi id de Mynsingero & Gailio in disserr. de jurisdictione Germanica differentia. Adde Deckbergi disserr. de cuius juris Cameralis c. 8. p. 41.

Speculum Saxonum commentarios scribere, in commentariis vero secundum ineptum morem Glossatoris antiqui nil nisi jus peregrinum ostentare, o) qvod Meichsneri Speculum Sveicum mox fuerit suppressum, quod Doctores in Saxonia, ut Heigius, Colerus, Schultzii, Hartmannus & Modestini Pistorum aliquique editis quaestioneis practicis primaria dicta allegatione juris Romani corroborarent, jus patrium sparsim & saltem obiter adducerent, qvod in Commentariis ad Institutiones aut peculiariis libellis, ut à Schneidewino & Oldendorpio factum, usus Juris Justinianei practicus ad minimum in charta ostendetur; quod Doctores iuris, ut ex consultationibus constitutionum Saxoniarum videre licet, intenderent, sententias suas contra sententias Scabinorum multis rationibus defendere, atque definitiones Principum sibi faventes elicere; quod sub Augusto Electore editis constitutionibus in multis, etsi non in omnibus approbatione obtinerent, qvod in scabinatus iterum restituerentur ac, scabinatus tandem omnes

F 4

Do-

o) Ut fecit Melchior Zobel.

Doctoribus juris replerentur; qvod et si
manserit fere perpetuum dissidium inter
Scabinatus ac Facultates juridicas, tam eni
dissenstis faltem respiceret diversas opi
niones explicandi Jus Romanum, & Jus
Germanicum hodie æque à Scabinis ac
juris Doctoribus ignoretur; qvod deni
que intra Seculum à Doctoribus juris fe
re plerisque imperii statibus fuerit suppe
ditatum, ut constitutiones provinciales,
ordinationes politicas, aut processum ju
ris respicientes renovarent, ac in illis re
novationibus multas positiones Juris Ci
vilis Romani insererent ac clausulam ad
jicerent, ut in dubio non amplius secun
dum Jus Saxonicum, (nam Sveicum ne
titulotenus quidem fuit cognitum) sed se
cundum jus Cæsareum debeat pronun
ciari &c.

178. Et tamen hoc Juris Romani pro
gressu evidente ausus sum saepius affere
re, Juris Justinianei & Pandectarum præ
primis vix decimam vel vigesimam par
tem esse in usu in foris Germaniae.

179. Assertionem ipsam multis ratio
nibus demonstrare non est hujus loci,
quia in Collegio Schœpferiano rem i
psam

psam per inductionem, qvi est maxime palpabilis & sensibilis demonstrandi modus, ostendi. alia vero occasione cum ad juris Canonici explicationem pervenitum erat, demonstravi Jus Canonicum, utpote aliquot Secula ante Jus Romane num in foro Germaniae introductum, adhuc magis in usu esse, quam Jus Romane num.

180. Jam saltē, quod alii, dum de usu moderno Juris Romani tractant, communiter facere negligunt, distincte proponam statum controversiae, ne sub specie usus Juris Romani aliqvid obtrudatur, qvod tamen ad ejus genuinum usum nequam pertinet.

181. Ergo qværitur: An legum Romanarum sit magnus usus practicus in foris Germaniae? Cum vero singula ferme hujus qvæstionis verba probè considerari debeant, ut qvæ singula contra dissentientes ac omnia confundentes justas suppeditent responiones, de singulis seorsim videndum.

F 5

182. Ac

p) vide interim Grund-Lehren Part. 2. c. 7. p. 166. Pagan-
stech. Bened. p. 119. seq.

181. At I. quidem de LEGIBUS quartitur. Sunt vero leges præcepta dirigenzia actiones voluntarias subditorum, non vero actiones intellectus.

182. Hinc igitur (1) pro legibus non habendæ sunt definitiones. Ergo & falso putatum fuit à plerisque, ac si JCtis non ticeret recedere à definitionibus Justiniani, v. g. Juris Naturæ, Justitiæ, Juris prudentiæ, actionis &c.

184. Neqve pro legibus habenda (2) principia & axiomata Ethica & politica in jure Romano repetita, sed eorum explicatio, ampliatio, limitatio vel etiam vocatio in dubium cuilibet ex regulis communibus moralibus licita est.

185. (3) Non sunt leges, sed ad primam philosophiam pertinent regulæ interpretationis. Igitur & harum freqvens & insulsa applicatio v. g. non omnium dari posse rationem, q) legem duram esse, ita tamen scriptam r)&c. Sed & insufficientia & falsitas absque violatione potest, uti peculi-

q) L. non omnium ff. de LL. r) l. 12. s. 1. qui & à quib. max. junct. l. 32. C. ad L. Jul. de adult. l. 3. C. cod. Brissou. ad L. Jul. de Adult. Conf. Tacit. l. 13. & 14. annal. & iij. ff. de Seco Sylvaniano.

culiari disputatione ostendimus, vulga-
rem regulam; beneficia Principis late
explicanda esse, nullo fundamento niti.

186. Eadem est ratio (4) casuum speci-
alisimorum, qvibus sere totum Corpus
Juris refertum est. Ut enim lex & ca-
sus specialis plane sunt diversa, si non op-
posita, & leges ad casus speciales appli-
cari debeant, applicatio autem nunquam
vim legis habere posset, cum fiat aut fieri
debeat ex principiis intellectus per mor-
dum conclusionis pure philosophicæ; ita
nec decisiones casuum in corpore juris
vim legis habere possunt, sed recte reji-
ciuntur, si rationes subsint, v. g. qvando
Julianus respondit s) illam heredum in-
stitutionem esse invalidam, si Titius hæ-
res erit, Caius heres esto, & si Caius he-
res erit, Titius heres esto. t)

187. (5) Sed nec rationes legum pro
legibus habendæ. Sæpe enim aperte
falsæ sunt, ut qvando Tribonianus di-
cit, uxorem esse Dominam dotis constan-
te matrimonio, u) & liberos incestuo-
sos nequidem alendos esse. x) Sæpe appli-
ca,

s) L. 16. de cond. inf. t) Aufsâb. der Vermittl. Lehre c. 3. n. 28.
u) L. 30. C. de jure dot. x) Nab. 89. c. 42.

tatio rationum est inepta, ut quando Cajus & Ulpianus y) dicunt partum ancillæ ideo non esse in fructu, quia omnes fructus hominis gratia sunt comparati; aut quando Tribonianus afferit, legem Aelianam Sentiam ideo interdixisse promiscuas manumissiones minorentibus, et quia libertas sit res inestimabilis. z) 188. Ex dictis vero patet, quod ex adverso, si definitiones, axiomata moralia & politica, regulæ interpretationum, decisiones casuum specialium, rationes Legum in decisionibus quæstionum juris Germanici allegentur, vel id parum apte fiat, vel argumentum non ideo robur habeat, quia dixit Justinianus, sed quia cum ratione convenit, adeoque saltem non possint illa argumenta præbere specimen usus moderni Legum Romanorum.

189. II. Quæstio est de legibus ROMANIS, i.e. Jure positivo Romanorum, non de præceptis Juris Naturæ & Gentium, repetitis in Corpore Juris, aut de dicta-

y) L. 28. s. 1. de usur. l. 68. pr. de usur. s. 37. Instit. de R. D. ibique Vinn. z) s. 7, qui & quibus ex caus. maxima, non perf.

minibus ex natura rei desuntis, v. g. quid
emtor & venditor ex natura emptionis
præstare sibi debeant &c. Uti n. talia u-
bique & perpetuo ita fuerunt & sunt, ubi
Jus Romanum vel non est cognitum, vel
qvando nondum fuit, ita si in iis Jus Ro-
manum aberret, jure ab eo dissentire li-
tet, ut qvando usucatio dicitur impium
præfidium, a) qvando venatio, occupatio
bellica, alluvio &c. dicuntur in Republica
esse modi acquirendi juris naturalis, b)
qvando Justinianus in specificatione ine-
ptam distinctionem adhibet c) &c.

190. III. Qværitur an legum Romanarum
SIT Aliqvis usus? &c. non an esse
debeat? an non melius foret, si Jus Ro-
manum esset receptum, quam Jus Cano-
nicum? qvod facile essemus affirmatu-
ri in multis articulis v. g. comparando
Processum Romanum præprimis tem-
pore Liberæ Reipublicæ & sub primis
Imperatoribus cum Processu Juris Cano-
nici, comparando effectum Juramento-
rum secundum principia Jutis Romani
cum effectu eorum secundum principia
Juris Canonici &c.

a) Nos. 9. b) §. 12. 17. 20. de R. D. c) §. 25. eod.

191. IV. Quæritur: an leges Romanæ sint in USU? Hoc est (4) an sint usū receptæ, non ut vulgo qvæstionem explicant, annon sint abrogatae? Cum enim supra ostensum fuerit, jus Romanum in Germania saltem receptum esse ut jus subsidiarium, alleganti usum juris Romani probanda est receptio, non ut vulgo, etiam, qvod mireris, Schilterus docet, ad veritatem parti injungenda probatio non receptionis vel abrogationis.

192. Deinde cum de eo, quod semel aut bis fit, non fiant leges, multo minus vero talia, qvæ rarissime contingunt, usum & consuetudinem faciant, non quæritur, (6) an in seculo forte unum vel alterū exemplum dari possit, sed an res sit in viridi observantia. Exempla dedimus ad titulum Pandectarum de adoptionibus.

193. V. Qvæstio est de usū PRACTICO. Ergo I^{mo} non est nostra intentio, docere, quod jus Romanum non habeat ullum usum, aut qvod non sit discendum à juris studiosis. Unum debebat fieri, alterū non negligi. Non debebant negligi à studiosis juris principia Philosophiæ moralis & prudentiæ Civilis, minime vero omnium Jura patria.

194. Neque illa est quæstio de usu Theoretico, v. g. si quis definitiones, principia Ethica & Politica, vel juris Naturæ & Gentium dictamina, regulas interpretandi, decisiones casuum specialissimorum, rationes legum in jure civilia ad ductas conferat cum principiis rectarationis communibus, easque rationabiles deprehendat, aut ad negotium præsens. easdem applicet, v. g. calamitas matris non debet nocere ei, qui in ventre est; d) expedit Reip. ne quis re sua male utatur e) &c. aut decisio JCTi in casu, ubi testator uni legatario textores omnes, alteri vernas omnes legaverat. f) Unde impertinens est ad hæc & similia legum allegatio.

195. Similis usus saltem theoreticus est, quando Doctores argumentatis Topicis utuntur & leges Romanas allegant. Huc pertinent pleraque argumenta legum, casus in terminis terminantibus, rationes à simili, v. g. à patria potestate, emancipatione, decurionibus &c. ad Germanorum potestatem parentum, modos liberandi ab eadem, magistratus &c.

196. Ergo nec tanquam usus practicus allegari potest, quod quotidie Advocati in positionibus aut JCTi in rationibus decidendi nihil nisi jus Romanum allegent. Nam & hic usus saltem theoreticus est.

197. Huc

d) pr. Inst. de ingen. e) s. 2. de b. qui sui bel al. jur. sunt. f)
§. 36. pr. de Leg. l.

197. Huc pertinet etiam quando aliqui Doctores expositionem libri 40. Pandectarum, ab aliis omissam tractantes praetendunt, quod legum ibi contentarum usus sit in explicandis aliis textibus. Nam & hic usus saltem est theoreticus.

198. VI. Quæstio loquitur de foris Germaniæ, non de uno foro, sed quid communiter in Germania usu forensi observetur. Ergo non poterunt gloriari dissentientes, quando exemplum aliquod afferrunt Juris Romani in uno aliquo foro aliquando observati, sed deberent probare receptionem communem & frequenter in pluribus foris, eamque continuatam; at hanc docere nequeunt, quia vix quatuor aut quinque fororum observantiam sciunt, & foræ foris, collegia collegiis etiam in una civitate sunt contraria; imo singula collegia sententias & opiniones pronunciandi diversis temporibus mutant, & alibi ostensum, observantiam judicalem accurate loquendo non esse speciem legis vel consuetudinis.

199. Denique VII. loquor de foris GERMANIÆ, non Galliæ, Italiæ, Hispaniæ &c. Ergo iterum errant dissentientes, quando ex JCTis Gallis, Italis, Hispanis usum Juris Romani probant, aut eorum opiniones & dicta in foro allegant & gaudent, quando in iis casum, ut ajunt, in terminis terminantibus inveniunt. Sed ista quidem hactenus.

FRANC.

g) *Dissert. de jure consuet. Et obserb.*

FRANCISCI HOTMANI JC.
ANTITRIBONIANUS

five
DISSE^TRAT^IO

De

STUDIO LEGUM,

Denuo edita ex Bibliotheca

GEORGII BEYERI, D.

THE
LAWRENCE
COLLEGE OF
MUSIC

COLLEGE

MUSICAL
EDUCATION,
PERFORMING ARTS
AND MUSIC



LECTORI

INTERPRES.

QUAM non ita pridem
ex acadēmia Julia Hambur-
gum venisse, nihil potius ha-
bui, quam ut amplissimum clarissi-
mumque virum, eundemque eximia
erga me humanitate & benevolentia
FREDERICVM LINDENBROGIVM JCTUM,
decus & ornamentum civitatis, officii
causa convenirem ac salutarē. Ibi tum
ego quæ solent advenientes, ille de a-
cadēmia, ejusque studiis, & Professo-
ribus non pauca percontatus est: in-
ter alia incidit sermo in controversiam
de jure sub Lothario Saxone in scho-
las reducto, in qua idem cum venera-
bili D. CALIXTO, & clarissimo D. CON-

RINGIO sentire ipsum, idque multos ante annos in præfatione legum antiquarum scripsisse non ignorabam. Quare cum proterviam litigiosi cujusdam Bartholdi mirarer, qui nullis historiæ testimoniis instructus, commentitiam de jure Justinianeo, quasi Lotharii jussu publice revocato, opinionem tueri non desineret; incideram nunc, inquit LINDENBROGIVS, in opusculum FRANC. HOTMANI, viri in historia seculi illius versatissimi, qui tamen hac in causa nisi unicum ex abbe Urspergensi testimonium, quo etiam nos utimur, potuit afferre nullum: simulque libellum, qui nunc nostra opera Latinus conspicitur, ex instructissima sua bibliotheca Gallicum protulit. Eum ego cum sedulo domi perlustrassem, reperi quod quærebam: nimirum vixisse sub Lothario Wernerium, docuisse jus Justinianeum, edidisse illud in vulgus, quatenus hæc ab Urspergen-
si sunt

i sunt tradita ; ceterum de Lothārlī
issu nihil ; nihil de publica auctorita-
e, quæ ab his , qui aut splendida quæ-
is facile amant , aut incauti ficta pro-
eris habent , speciosa , sed inania in
ulgus sparguntur. Hæc mihi prima
idendi ac legendi libelli causa. Po-
ea animadvertis, non hæc modo quæ
ixi, sed omnia quæ eo continentur,
se & legi & cognosci dignissima. Scie-
am equidem , nullum fere paulo ce-
briorem fuisse Jurisconsultum , quin
e Justiniano , aut quod potius est , de
riboniano sæpius quereretur : sed
ui unus tot tantasque res desideraret,
uique tam accurate id exponeret,
eminem me invenire memineram.
cepi igitur statim cogitare , esse mè
peræ premium facturus , si pulcherri-
um libellum latinitate donassem. Sed
nim ambiguum me reddidit , quod
ituros conjiciebam , qui vulgata jam
cidine , male dicendi de Jurisconsul-

tis & eorum disciplina, me quoque teneri censerent, ideoque ea contemnere, quæ conseqvi me posse diffiderem: ac prope fuit, ut omnem qvam conceperam animo voluntatem plane absicerem. Diu certe abstinui, donec diversæ nuper cogitationes subierunt. Nam qvum otio frueret, sed ita incerto, ut nihil insigne, aut aliud magnopere qvam hoc fuscipere possem, sic mecum putavi: Si interpres dannandus est, certe & prius, & longe justius damnabitur HOTMANUS, qui & invenit hæc, & vernacule, qvo vel in circulis intelligerentur, proposuerit. Hunc tamen nemo negat & jurisconsultissimum, & librorum Justiniani fuisse callentissimum. Præterea si vera hæc sunt, qvid est quod absterrere me debeat, ne veritatem sub Gallico involucro delitescentem Latina luce omnibus exhibeam? si falsa sunt, qvid publico bono convenientius est, qvam à peri-

peritioribus ea réfutari? Accedit singularis amor; cuius mihi sum conscius erga nostram hanc Jurisprudentiam, qv itantus est, ut nihil malum, si per veritatem liceat, quam omnia hæc, & si quid præterea in juris nostri libros in clementius dicitur, firmis & invictis rationib[us] refelli. Nam quod Gallici hæc scripta erant, non eo minus profecto scripta censebam, neque eo magis dicta fieri posse indicta. Sed de me quidem quantumvis recte faciente, suo arbitrio, meaque bona aut mala fortuna quisque judicabit: istius autem rationis sive argumenti ad reprehendendum levitatem nunc prodidisse satis esto. Enim vero cui præter bonum & æqvum, adeoque præter meritum nostrum succensere nobis libuerit, ei Taciti illud in aurem succinemus: *bactalia, si rascare, adgnita videntur.* Cæterum ne quis temere à me factum judicet, quod HOTMANUM la-

tinitate instruere sim ausus , is ita habe-
ar . Si expectandum fuit , dum aliquis
elegantiam ac nitorem exquisitæ Hot-
manæ latinitati parem adferret , nimis
fortasse diu fuit exspectandum : si n alius
est utraqve lingva me promptior , qui
laborem hunc non defugit , ei ego li-
benter omne arbitrium defero , aut e-
mendandi nostra , aut prorsus alia,dum
meliora , substituendi . Fiet id sine
ulla mea invidia . Qvo candore qui
sibi satisfieri non patitur , ei nec satis-
facere volui . Feliciter !

ANNO clc xxxv menſe
Octobr.

FRANC.

FRANC. HOTMANI JC.

ANTITRIBONIANUS.

Prefatio,

In qua autor pro legum studio testato proloquitur.

CAP. I.

Nemo ignorat, qvanti momenti sit education & institutio juventutis. Nam præterquam quod antiquorum scriptorum libri pleni sunt ejusmodi præceptorum, experientia id quotidianus declarat. Hoc est, qvōd Lycurgus, magnus ille reip. Spartanæ conditor, eximiam administrandæ reip. regulam censebat, juventutem recte educandam & erudiendam curare: nec pulchriorem majoremque rem posse Principem instituere, & in Patriam inferre, quam hanc ipsam disciplinam & educationem. Eadem Aristoteles habet octavo de rep. libro, ubi Lacedæmoniorum instituta summore laudat, quibus tam sedula sit juventutis erudiendæ cura. Hinc est quod ego, cum de disciplina, cui bona pars juventutis Galicæ innutritur, non nihil dubitem,

eique diffidam, induci me patior, ut sententia mea, quam modestissime quidem & molliissime fieri potest, declarem: sperans, si ea non probetur, me tamen iis excusatum fore, qui sciunt, affectum illum, qui me ad hoc faciendum induxit, non inimicis remotum esse a privato meo lucro, quam consilium huic contrarium mihi & honorem, & commodum, & utilitatem fuerit allaturum. Pars juventutis Galliae addita est studio librorum Justiniani, quos vulgo jus civile appellant, & in hanc rem conditae sunt magnae & celebres istae Universitates, Aurelianensis, Bituricensis, Andegavensis, Pictaviensis, Valentina, Tolosana, aliæque; quin in Italiam usquemittuntur juvenes, ad continuanda haec studia Bononiæ, Paduæ, Papiæ aliiisque in scholis istius provinciæ, ut annis juvenilibus circiter quinque aut sex in his Universitatibus exactis, Palatia & judicia suprema ingrediantur, ad descendam (sic ipsi loquuntur) practicam, utque semet provehant ad honores, munia & administrationem rei judiciariæ. Hoc pacto istæ universitates Galliae id esse videntur, quod antiquitus in Persia scholæ erant,

quæ

propria Justitiæ vocabantur, in quivibus ju-
 ventus sic instituebatur, ut quandoque ju-
 stitiæ in patria sua recte administrandæ
 esset idonea. Et Justinianus quidem Im-
 perator duobus aut tribus in locis suos le-
 gum libros templum Justitiæ appellat, at-
 que sub initium pandectarum Ulpianum
 introduceit afferentem, Jurisconsultos &
 sacerdotes, hoc est administratos & dis-
 pensatores justitiæ. Ego vero antequam
 in hoc argumento progrediar, constitui
 estato animi mei sententiam declarare,
 quam ut lectores memoria conservent
 ergo, atque ea hæc est: post Theologæ
 studium, & cognitionem cultus divini, le-
 gum disciplinam utilissimam, & ad conti-
 nendam hominum vitam maxime neces-
 sariam judico, nec remp. magis subsistere
 ine legibus posse, quam corpus sine ani-
 na. Quod amplius est, concedo & fateor
 præterea, si ulla unquam resp. hac arte &
 disciplina felix fuit, eam esse Romanam:
 vippe quæ maximo numero produxeris
 magnos & egregios Jurisconsultos, eosq;
 anta ingenii perspicacia & subtilitate præ-
 litos, ut jure nobis imitandi videantur.
 Neque usquam Græca, aut Latina historia
 pro-

proditum legimus, fuisse unquam populum, qui aut tam sedulo huic studio incumberet, aut Jurisconsultos tanti faceret, aut certe qui in tanto honore & estimatione eos haberet, tam longo præfertim tempore. Nam Imperator Justinianus mille & ducentos non minus annos numerat, quo spatio hoc studiorum genus fama & autoritate præ reliquis omnibus viguit. Verum enim vero si differentiam inter jus civile Romanum & libros Imperatoris Justiniani statuo, nihil à veritate remotum dicere me censeo. Quo apertius autem sententiam meam exponam, quam potero accuratissimum ordinem hac dissertatione servare mediator. Etenim primo in universum hoc studii genus considerabimus, quasi id omnium optime constitutum esset, librique Justiniani perfectissime essent facti & conditi: unde constare poterit, quid utilitatis juventus inde relatura sit, ad publici boni & Galliæ nostræ regiminis augmentum: deinde proprius excutiemus artificium & perfectitudinem horum librorum, non omisso effectu, quem ab iis ut plurimum proficiisci videmus.

Cap.

Cap. II.

Inutile esse studium artis extra
usum positæ.

ERUDITI omnes hanc ab omni ævo maximam, regulam ve servarunt, & approbaverunt, debere leges quas cunque statui & formæ reip. accomodari, non remp. legibus, idque Aristoteles libro tertio politicorum expressit. Leges enim constituantur ad conservandam in suo ESSE, forma & qualitate rem publicam: quemadmodum diæta & vivendi ratio à medicis præscribitur ad conservationem corporis, cui juxta habitum & naturam ipsius comoda esse debet diæta, non corpus diætæ. Id ex tribus reip. formis intelligitur, quas Græci antiquitus Monarchiam, Aristocratiam, & Democratiam appellant, hoc est, imperium unius, virorum egregiorum, & populi. Nam leges reip. populari propriæ, ejusqve formæ & statui aptatæ, ut plurimum inutiles sunt regno: quemadmodum vestimenta hominis gibbosí, recto: atqve omnis resp. quoties fornacem mutavit, simul leges & statuta variavit.

avit. Exemplum extat in historia Rōmana. Qvamprimum Reges ejecti sunt, firmatumque imperium populare, spatio centum & qvinqvaginta annorum, nullus fere sermo fuit, nisi de fingendis novis & democratiae accommodis legibus. Quin ut obviam iretur turbis & novis rebus, qvæ bonarum legum inopia exoriebantur: utque satisficeret populo, legati usque in Græciam ad liberas civitates Athenas, & Lacedæmonia missi fuerunt, qui statuta illarum cognoscerent, eaqve descripta referrent, ut eorum exemplo nova resp. uteretur. Everso populari imperio, & occupata per Cæsarem tyrannie, ex templo reducta & suscitata est antiqua lex Regia, quæ potentiam & autoritatem supremi Monarchæ muniebat; tribunorum magistratus, quo popularis status nitebatur, comitia populi, provocationes, autoritas Senatus, & similes res brevi conciderunt. Antea populus leges condebat, penes illum pacis, belli, foederum arbitrium erat; quæ omnia in manus Imperatori sunt tradita. Magistratus igitur tam civiles, quam militares rursum mutati sunt, quo novæ reip. essent convenientes: & quod ei rei consequens est, leges

ges quoque sunt mutatæ. Nimirum leges & magistratus se invicem respiciunt, qvemadmodum antiqui dicebant, legem esse magistratum mutum, & magistratum esse legem loquentem. Porro, posita hac regula, quæ mea opinione pluribus probari opus non habet, considerando nobis sunt duæ partes juris civilis, qvod vocant, ut exposita utraque judicemus, possintne libri Justiniani singularem aliquam utilitatem statui Galliæ afferre? Seqvimur autem hac in consilium Aristippi philosophi; qui consultus quid adolescentibus discendum putaret, id respondit, quod, cum viri evasissent, ad usum vitæ maxime commodum esset futurum. Non discrepat pulcherrima Plinii secundi sententia, qui libro octavo epistolarum ad Aristonem Jurisconsultum sic scribit: *Quotus enim quisque tam patiens, ut velit discere quod in usu non sit babi- turus?* Adde quod difficile est tenere quod acceperis, nisi exerceas. Duæ igitur juris civilis partes sunt, quarum una ad statum reipubl. pertinet, altera ad rem cuiusque privatam. Status reip. apud Romanos divisus erat in id, quod religionem, qvodque magistratus concernit:

cumi

cum præsertim religio non minus, quam
 magistratus inventum ipsorum & arti-
 ficium esset. Sciunt autem omnes, for-
 mas magistratum plane diversas; quin
 contrarias esse in tribus istis reip. formis;
 quas supra nominavimus, neque modum,
 aut rationem ullam apparere, usurpandi
 in rep. populari publicum jus Monarchiæ
 accommodatum, aut rursus in Monar-
 chia jus Democraticum. Qvod ampli-
 us est, non omnes Monarchiæ, nec omni-
 bus in rebus, nec ubique uno eodemq; ve
 modo exercentur. Hæ potestate & au-
 toritate sunt solutiore, illæ strictius conti-
 nentur: harum ampliores sunt termini,
 latiusque imperium, illæ contractiores
 sunt & angustiores: hæ plures magistra-
 tus militares habent, illæ plures qvorum
 in pace usus est: hæc gens militiæ addi-
 cit ior est, illa litibus. Et consequenter,
 unius Monarchiæ leges sæpe inutiles sunt
 alteri, haud secus, quam medicamenta
 non qvævis quibuslibet hominibus con-
 veniunt, ut ut ejusdem sexus, ætatis &
 nationis sint. Et revera translato Con-
 stantinopolin Romano Imperio, quid si
 bi simile in magistratibus & provinciarum
 rectoribus mansit, nisi solum nomen &
 titu-

titulus? Inspiciantur leges Justiniani, sive Codicis, sive Novellarum, ad magistratus attinentes, siatque judicium, ecquānam similitudo sit inter hos, & eos, qui sub prioribus Romanorum Imperatoribus fuerunt. Nihilominus nemo unquam hominum magis laudavit & extulit jus civile Romanum, quam Justinianus. Quæro igitur, si quis Triboniano, qui prima uia inter consiliarios ejus locum habuit, proposuisset antiquitatem & autoritatem legum Romanarum, tum fructum & utilitatem ab iis profectam, quodque imperium illarum æquitate (ea enim fama erat) eo crevisset, aut certe tam diu sustentatum, & in amplitudine ista conservatum esset; non ille responsus fuerit, quem admodum non omnes Monarchiæ inter se sunt similes, ita imperandi rationem non debere ejusdem esse formæ. Perinde ut non quævis lupata cuivis & quo conveniunt: quia ea quæ juniori equo apta fuerant, non convenient vetulo. Hoc est, quod antiqui saepius dixerunt, leges uicta cum populi moribus & condicione mutari.

CAP. III.

Statum reipubl. Romanæ multum differre à statu Galliæ, & nihilo secius ex libris Justiniani non posse addisci.

CUm hæc ita sint, cumque tale in genere sit jus publicum Justiniani, inspiciamus nunc, quid Galliæ nostræ prodefit possit sollicita investigatio & cognitio magistratum Romanorum, sive libertatem, sive principatum consideremus: in tanta præsertim Galliæ nostræ, & Romanorum reip. differentia. Atque si distinctius agere libet, videamus modis differentiam, quæ inter patricios & plebejos fuit. Nam in sola hac differentia conditionis & qualitatis personarum omnis status publicus latebat: seu summos magistratus, honores, & munera respicimus, seu comitia, auguria, auspicia & sacrificia, seu infinitas res alias, quibus patricii soli fruebantur, reliquis plane exclusis. Uno verbo, his duabus qualitatibus, & differentiis personarum, tanquam duobus cardinibus sustinebatur ac vertebatur status reip. Romanæ. Sed hac vice de eo statu loquamur, cuius mentio facta est

est in libris Justiniani: quem triplicem esse omnes norunt. Durante democratia Consules, prætores, ædiles, proconsules erant, de quorum officio & administratione tam parum nobis constat, ut amatores bonarum literarum id singulari tristitia & querelis prosequuntur. Nam reliquum nobis nihil est, præter parva quædam segmenta, & particulæ: quemadmodum si quis nobis exponere velit artificium formamque antiquæ istius Argus, è pauculis quæ inde extarent fragmentis. Etiam de principatu nonnulla sunt reliqua, veluti quæ ad potestatem & maiestatem Imperatoris pertinent, de fisco & ærario regio, de rescriptis, de mandatis aut constitutionibus, de administrationibus provinciarum. Sed in omnibus his ingens est varietas & inconstantia. Nam administratio ex libidine hujus aut illius principis mutabatur; qui interdum egregii Imperatores erant, haud raro crudelis tyranni, nonnunquam fœda & abominanda monstra. Tum reliquæ huius juris adeo leves & minutæ sunt, ut ullum in iis momentum ponere liceat. estant tempora Justiniani, & quæ de iis his copiose sunt consignata. Confide-

remus hic, an ullo modo leges adeo variæ statui hujus regni possint accommodari. Etenim si studium librorum Justiniani utile est, oportet fructum inde aliquem ad usum vitæ & publici boni pervenire. Qvod attinet leges in democratis & libertate populari conditas, qvid de iis sperare licet, cum status & forma democratiæ regno plane sit contraria? Exemplo nobis sit officium Consulum. Munus eorum erat, una cum Senatu reip. negotia administrare, audire legatos nationum exterarum; querelas provinciarum accipere, vectigalia & quæstores observare. Omnia hæc hodie privato, qvod vocant, Regis consilio expediuntur. Quid causæ est, cur adeo sollicite discamus & evolvamus leges ad Consulatum; aut alios in rep. Romana magistratus pertinentes, quæ nec recipi, nec ad usum conferri in hoc regno possunt. Qvod attinet statum qui sub Imperatoribus fuit, idem fere de eo dicendum est. Nam etsi Monarchia obtinebat, non secus atque nunc in Gallia, forma tamen plane diversa erat: quodque amplius est, forma imperii non eadem semper mansit, sed inde à primis Imperatoribus mutationibus

bus fuit obnoxia, idque auctum est translatō Constantinopolim imperio. Exempli loco sumamus statum, de quo libri Justiniani loquuntur. Consulis ibi fit mentio, qui si antiquos species, nihil nisi nomen retinebat: adde Præfectum prætorio, Præfectum urbi, Præfectum Augustalem, Procuratorem Cæsaris, Præsidem aut Proconsulem provinciæ; eorumve legatos, aut vicem obtinentes, Præfectum prætorio Africæ, Magistrum militum, Magistrum officiorum, Comitem sacrarum largitionum, Comitem rerum privatarum, Comitem sacri patrimonii, Comitem Orientis: huc refer rectorem Pannoniæ, Pisidiæ, Armeniæ, Thraciæ, Lycaoniæ, Paphlagoniæ, Cappadociæ, Arabiæ, Palestinæ, Siciliæ, Cariæ: Cypriæ, Scythiæ. Quis eum non judicet hominem male de mente constitutum, qui vitam & ætatem omnem in excutiendis talium magistratum officiis, instructionibus & notitiis collocaret, ut ea ad Galliam nostram accommodaret, cum tamē nos ingenio & moribus ab istis nationibus adeo simus separati. Paucis dicam. Si hominem juvenem ad inservendum aliquando reip. Gallicæ preparam⁹,

consideremus, cui ex duobus studiis applicare se potius debeat, utrum ut magistratus Romanos & Constantinopolitanos; an ut administratos coronæ, & judiciorum hujus regni cognoscat: exempli causa, ut intelligat jus majestatis regiae, potestatem & autoritatem trium statuum, jus Reginæ, Delphini, fratrum Regis & eorum appennagii, Principum, baristariorum Regis & ipsius fratrum, Conestabili, Parium, Marescallorum Francie, Magistri regii cubiculi, Admiralii, Duxum, Comitum, Vice-comitum, Vicariorum, Baronum: item Thesaurariorum Francie, Praefectorum fisci, & rationum: in re judicaria jus Cancellarii, privati consilii, magistrorum supplicum libellorum, Parlamenti, Ballistorum, Seneschallorum. Quod si quis dicat, debere juvenes non modo suæ gentis legum & statutorum gnaros esse, sed aliorum quoque; quis nescit, quod ad Romanos magistratus attrinet, plus uno anno, ex lectione Graecorum & Latinorum historicorum atque id longe maiore cum delectatione & suavitate, quam totis sex annis ex his fragmentis & centonibus, qui in libris Justinia-

stiniani supersunt, posse cognosci? Recordemur quinam illi sint, qui superioribus annis tot præstantes libros de antiquitatibus Rom. scripsérunt, quo liqueret forma istius reip. ejusque magistratum: è magna istorum numero non tres nominare possis, qui JCTi laudem affectaverint. Si qvisa inter eos JCTus est, toto libro vix tres ab eo leges citatas videas: libri quippe Justiniani propemodum vacui sunt ab omni doctrina ad notitiam reip. Rom. pertinente. Præterea celandumne est, quod experientia magno cum pudore & ignominia nostra nobis demonstrat: scil. nullos esse juvenes omnis historiæ, seu exteræ, seu Gallicæ magis ignoratos, quam eos, qui ex Universitatibus redeunt. Si de quatuor monarchiis eos perconteris, respondebunt de quarta Trebellianica. Si de jure Consulis Rom. quæras, sic respondebunt: consules & seorsum singuli manumittunt: sed non potest is qui apud alterum nomina ediderit, apud alterum manumittere. Ecce propemodum omnia, quæ hac de re pulchris pandectarum libris sunt consignata. Uno verbo: quod ad historiam veri imperii Rom. spectat (id enim nos à spurio illo,

cujae sedes Constantinopoli fuit, separatus) certum est, ex uno libro Livii, Svetonii, aut Taciti plus intelligi, quam ex quinque magnis voluminibus Justiniani, atque millies maiore cum voluptate & oblectatione. De Constantino porphyrio imperio dicta est ea civitas nova Roma confiteor, apparere hinc inde vestigia quædam & signa, præcipue in tribus postremis libris Codicis, sed ita parva & disjecta, ut omnium iudicio triam partium duas divinando assequi oporteat. Imo tantum abest, ut ex tribus istis Codicis libris cognosci possit status declinantis imperii Romani, ut impossibile sit eos intelligere, nisi historicorum lectione præviâ status notitiam acquisiveris: tales sunt Julius Capitolinus, Vopiscus, Ammianus, Procopius, Zosimas, & iis similes, ut plane ridiculum sit, libros Justiniani historiae gratia legendos dicere. Nam contra necesse est historiam nosse, ut libros istos intelligas, neque vel sic difficultate res carebit, & saepius conjecturis, quam certis rationibus erit utendum. Et certe stultitia est, juventutem historiae causa in istas legum

Universitates amandare: tum experientia probat, nihil instructiores eos redire, quam profecti fuerant. Qvare sic colligo, ex his duabus rebus clare apparet, quam parum utilitatis ad juventutem nostram ex studio librorum Justiniani perveniat. Primum enim, temp. quod acutus, notitia status Romanis Galliae regimini inservire non potest; cum formae atque usque reip. nulla ex parte sibi sint similes. Secundo, haec notitia ex libris Justiniani non potest acquiri, qvibus nulla accurata disquisitio de statu libertatis popularis, aut de statu principatus vere Romani, aut deniq; Constantinopolitani continetur. Quin potius in iis acer-
vus est multarum particularum & diver-
sorum frustorum, ex qualibet trium istarum
formarum, adeo ruditer collat⁹, ut nō me-
do antehac nemo ea perceperit, sed jam
quoque, postquā restitutæ sunt bonæ lite-
ræ, non nisi tertia pars intelligi possit, ut ut
Græcorum & Latinorum historico-
rum lectio præcesserit.

CAP. IV.

De jure personarum ejusdemque differentiæ causa.

Tempus nunc est, ut aliam juris civili partem tractemus, quæ commodum cuiusque privatam concernit: quia in re antiquam, & ab omnibus receptam partitionem sequemur, de statu personarum; de rerum qualitate, & acquirendo ipsorum dominio, & denique de actionibus. Personarum divisio prima & generalis olim erat, quod quidam essent liberi, quidam servi: liberorum alii per se liberi erant, & vocabantur ingenui, alii per accidens, qui liberti appellabantur. Honum porro jura inter se necessario differebant. Circa haec antiqui Jurisconsulti (qvorum libros & commentarios se nobis tradidisse Justinianus iust. stat) de jure libertatis & manumissionis disputatione: quando libertinus se civem Romanum in universum, aut ex parte dicere posset: quando civis Romanus esset, aut Latinus, aut dedititius: quo in loco magistratus libertatem dare posset, pro tribunali, an in via, aut in cubiculo suo, aut in balneo: an legatus Proconsulis pro-

provinciam administrans libertatem dare posset: quod modo, quo tempore, quo loco, quo numero, quae in causa. Præterea disputatione de jure & autoritate, quam domini retinebant, servo manumisso; quod jus patronatus nominabant, idque cernebatur in certis quibusdam operis & officiis quæ libertus patrono præstabat. Primam hanc distinctionem alia excipiebat statui Galliae nostræ nihilo convenientior: alios civium Rom. esse patresfamilias, alios filiosfam. Jus patrum erat, habere filios subjectiores quam mancipia: quod Dionysius Hali-carnassensis diserte testatur. Etenim patri licebat filio eripere, quicquid is corporis sui labore acquisiverat, idque suo arbitrio consumere, pignori dare filium, vendere, occidere: quin tereum vendere jus erat. Verum est desisse tandem hoc jus observari: sed nunquam expresse ei derogatum est, modus tantum inventus est, iuritatem fictione commutandi. Nam pater filium in libertatem daturus, tereum imaginarie vendebat, atque iste actus Emancipatio appellabatur, quæ id poterat, ut miser ille emancipatus nec sibi, nec alteri per eam quicquam acqui-

acquireret, sed a familia, & stirpe patris dejectus, non plus juris in ea retineret, quam aut spurius, aut alienus. **E**sse, vel tristissime infinitam hanc potestatem innixam fuisse pravae, barbarae & detestandae siue legi siue consuetudini, qua iuantes recens natos pro libitu aut suffocabant, aut strangulabant, aut etiam tanquam derelictos projiciebant, quod ipsi erat exponere. De qua plusquam bruta consuetudine præter libros paganorum, qui de illa pleni sunt, nihil relatum velim, nisi querelas Tertulliani ex apologia contra Gentiles, & Lactantii Firmiani lib. 8. div. Instit. c. 20. Circa hunc igitur modum alienandi liberos suos. Cui disputabant, esset ne emancipatio eorum magistratu competente facta, suo tempore & loco, adhibitis quæ requirebantur solennitatibus. Huc pertinet materia adoptionium & adrogationum, quibus Romanos mire usos fuisse constar, eos præsertim qui matrimonia aversabantur, quorum numerus adeo magnus fuit, ut tandem præmia, honores, & emolumenta iis fuerint propoñenda, qui uxores ducerent cuius rei indicium sat certum præbat lex Papia Popæa de maritandis ordi-

ordinibus. Sed hæc quocunq; modo se
habeant, JCrorum disputatio etat; an ado-
ptio adhibitis solennitatibus facta esset, an
coram competente magistratu: quæ dif-
ferentia esset inter ad optionem & adro-
gationem, quo casu pupillus posset ado-
ptari; qvod jus successionis filius adopta-
tus haberet, qva cautione, aut satis datio-
ne adoptio fieri deberet, possetne coelebs,
aut castratus, aut surdus, aut mutus, aut
mulier adoptare. Qvæ res universæ tot
asperas & spinosas inter veteres JCrOs di-
sputationes moverunt, ut in contrarias
sententias (sicut in aliis quoque capitibus)
discesserint. Ad matrimonia qvod spe-
Etat, duo eorum genera agnoscit jus ve-
tus Romanorum, qvorum unum coem-
ptione fiebat, ementibus se invicem viro
atque uxore, eratque uxor in potestate vi-
ri, ita ut in successionibus tantundem ju-
ris haberet, quantum liberi naturales:
alterum erat ex usu, vel potius experi-
menti causa, ubi intra annum discedere
licebat, sine ullo pudore aut impedimen-
to. Hæc à Christianis Imperatoribus
abolita esse liquet: sed ego subtilest nostros
doctores judices facio; annon libri pan-
declarum, & pars Codicis disputationes &
controversias hujusmodi contineat, quæ

intelligi nequeunt non cognitis his priscorum Romanorum moribus. De tutelari materia sic judicandum est, nihil de personis tradi, cuius major in Gallia usus sit, quam superiorum, nihilominus tertia disputationum pars supervacua est: ut de tutoribus ex lege Julia, Attilia, Titia, Junia, de fiduciaria, & patronorum tutela. Ecce tibi tanquam compendio, quæ de statu & conditione personarum dici possunt; atque his rebus libri omnes Tribonianii superstructi sunt. Consideremus nunc, quid utilitatis juventuti nostræ afferre possit ingens & continuus ille labor, qvi huic juris parti addiscendæ insumendum est, simulque inspiciamus statum & conditionem personarum, quæ hodie obtinet in Gallia, quam scire non modo utile est reip. sed omnino necessarium cuivis homini, qui inibi vivere vult, & negotiis intervenire. Prima apud nos est generalis divisio, quod alii nobiles sunt, alii plebeji, estque suum jus singulis speciebus. Horum usus in omnibus causis multum momenti habet, neque tamen libri Tribonianii quicquam de iis loquuntur. Patritiorum & plebejorum nomina (quæquam vim habuerint, antea

com-

commemoravimus) nihil habere quod
his comparari possit, constat. Quid nec
mentio eorum sit in libris Tribonianis.
Deinde aliam distinctionem habemus, ut
quidam sint domini feudi, qvidam vasal-
li; adde Castellanos, eosque qui habent
merum & mixtum imperium, quidem mi-
nus, quiq[ue] sunt prædiorum domini. Alia
est distinctio eorum, qui sunt liberæ, qui
ve servilis conditionis: quæ prorsus se-
parata est ab illa veterum Romanorum.
Servilis autem conditionis hominum ali-
is pro sibi tributum injungitur, alii
certum solvunt, alii manus mortuæ sunt,
alii matrimonii libertatem non habent.
Alia etiam divisio est, quod qvidam na-
turales subditi Regis sunt: quidam bene-
ficiario jure, sive albini. Item alia, quod
qvidam barstardi sunt, qvidam scot-
tis nati. Et in materia tutelari qvidam
sunt custodes, qvidam legitimi, & in cu-
stodibus quandoque nobilis, quandoque
civilis est custodia: quæ res longe ab-
sunt à disciplina Triboniani. Et illegiti-
mos quod attinet (de quorum jure & con-
ditione pleni sunt statutorum scriptores)
verum est, late & fuse de iis dictum esse in
libris Justiniani, sed ita ut ipse sibi contra-
di-

dicat, tum longe aliter omnia quam in Gallia usus est. Contradictionum causa est, quod novellis Justiniani constitutionibus eversa sunt, quae in Pandectis praecpta & instituta continebantur. Antiquitus enim quinque illegitimorum liberorum erant genera, nati ex concubina, nati ex publico scorto, nati ex vidua vel puella honestae vitae, nati ex adulterio, & denique nati ex incesto concubitu. Justinianus novissimis constitutionibus quatuor postrema genera sustulit & abolevit, nec alios, nisi natos ex concubina ius successionis parentum habere voluit. Concubinas vero eas demum esse voluit, quae dominon ut uxores haberentur, idque sub expresso nomine concubinæ: cuius rei initium fuit ab Imperatore Constantino. Porro solos hoc genus illegitimos legitimationis capaces esse voluit, cuius haec vis esset, ut patre intestato defuncto legitimatus filius partem suam aequa caperet, atque reliqui liberi, posset quae heres institui a patre, modo ne major ei pars quam reliquis tribueretur. Legantur jam statutorum Gallicorum scriptores, ut appareat, quid doctrina ipsorum & Justiniani commune habeat, si atque

atque judicium, qvid juventus Gallica iis
debeat, qui ipsis duces sunt ad tempus
iis in rebus ponendum, quæ neque utili-
tatem habent, neque usum in vita, sunt
qve, ut ait Justinianus¹, nil nisi antiquæ
fabulæ. Id namque perinde est, ac si sa-
cerdotes & monachi novitos suos ideo
doceant in supplicationibus solennibus
saltare, quod Salii R̄omani id olim facere
consueverint. Hæc igitur dicta sint cir-
ca primam instituti sermonis partem, de
statu & conditione personarum.

CAP. V.

De natura & qualitate rerum, ejus-
dem illius differentiæ causa.

TRANSSEAMUS nunc ad secundam argu-
menti nostri partem, de natura &
qualitate rerum quæ sunt in commer-
cio, deque legitimis modis transfe-
rendi dominium. Primum divisio i-
sta rerum mancipi & nec mancipi, cu-
jus magna vis magnumque momen-
tum² erat inter cives Romanos,

I.

dubi-

dubium non est, quod in ab ipsis sit inventa; tanquam praecipuum aliquod jus & praerogativa civitatis Romanæ, prae aliis vicinis & fœderatis. Quare cum jus civitatis omnibus Imperii Romani subditis ab Imperatore Antonino concessum esset, cumque Imperium Romanum sede sua motum in Græciam migrasset, Imperator Justinianus non potuit non delere & extinguere memoriam hujus distinctionis. Pandectas tamen sine illa distinctione intelligere celeberrimorum nostri ævi doctorum judicio res est impossibilis. Idem accidit in alia divisione & differentia modorum acqvirendi dominium, qui appellantur jure Quiritum, & in bonis: quam distinctionem cum pragmatici Græculi sua lingva exprimere vellent, duas dominiorum & proprietatis species effinxerunt, ut aliud esset dominium Quiritarium, aliud Bonitarium. Hoc jus Quiritarium, quod aperte nihil erat, nisi praerogativa civitatis Romanæ, tribus modis acquirebatur, quorum primus erat Mancipatio, quæ fuit emptionis forma, cum adhibebatur libra, cujus in una lance ponebatur res vindicata, aut ejus pars, in altera æris nonnihil, aut

aut (quod postremis temporibus fiebat) moneta argentea, qua ferire aut percute-re lancem oportebat, prolata certa ver-borum formula, quam referre nibil atti-
net. Hic autem modus emptionis & u-
sitatisimus erat, & maxime firmus, adeo
ut res sic vendita nec evinci, nec a vocari
posset, atque venditor eventui & evictio-
ni respondere tenebatur. Alter mo-
dus acquirendi jure Quiritium, scilicet in
jure cessio, coram magistratu expedieba-
tur, cum is qui acquirebat certis quibus-
dam verbis utebatur, & rem ex jure Qui-
ritium suam esse declarabat. Deinde
posteaquam hic vindicaverat, Prætor in-
terrogabat eum qui cedebat, an contra
vindicaret : quo negante aut tacente,
tunc ei qui vindicaverat eam addicebat,
idque Legis actio vocabatur. Tertius
acquirendi Jure Quiritium modus erat
per usucaptionem, hoc est per acquisitio-
nem usu & possessione aliqua factam, re-
sum mobilium anno, immobilium bien-
nio. Sed Imperator Justinianus pro uno
anno tres, pro biennio decem inter præ-
sentes, viginti inter absentes constituit.
Denique insignis hæc civium Romano-

rum prærogativa, modusque acquirendi ipsorum proprius, qui tam sollicito quingentos annos & amplius conservatus erat, à Justiniano Imperatore ridiculus judicatus, & constitutione ipsius abolidus est. *I. un. C. de nudo jure Quirit.* Fatentur tamen celeberrimi quique doctores, Pandectas sine hac cognitione nullo modo posse intelligi. Unde in promptu est judicare de miseria, & infelicitate hujus studii, quod non nulli tantopere extoruant & commendant, tanquam ius Civile Romanorum; cum tamen præcipua, maximeque solennia capita & observationes ejus disciplinæ evanuerint, utpote suppressæ & abolitæ ab Imperatoribus Constantinopolitanis, & in primis à Justiniano. Age jam, sit excellens aliquod ingenium in Gallia, quod magno & continuo labore harum rerum notitiam sibi quæsiverit, easque non minus exacte teneat, quam Cato, aut Scævola, aut Manilius, veniatque ille sola scientia instruëtus in palatium, aut quodvis hujus regni judicium: quis nescire eum æque novitium & peregrinum fore, quam si in orbem novum, & Americæ so-

solitudines venisset. Nam isthic nihil crepariaudiet, nisi d' heritages cottiers, ou surcottiers, des droits seigneuriaux, de justice directe, censive, recognoissance, & his si milia, quæ ipsi tam nova & inexspectata videbuntur, quam si nunquam de jure aut de rep. quicquam audivisset. Hi ergo, cuiusbus juventutis Galliæ commodum coadi est, considerent nunc, quod ex duobus his studiis sit utilius; idne quod in rebus quotidianis versatur, ut respondere possint cum quid ex ipsis quæretur, an illud quod eas res tractat, quæ non magis in usu sunt, quam mores priscorum nostrorum Druidum, quæque non nisi per conjecturas & hariolationes intelligi possunt, easque ita incertas, ut nee tres ex peritisimis inveniantur, qui idem sentiant. Veniamus nunc ad aliam divisionem acquisitionis rerum singularium, aut per universitatem. Acquisitionis per universitatem princeps modus erat hereditas.

CAP. VI.

Mira varietas juris succedendi.

DUÆ sunt successiones, legitima & testamentaria. Quod ad legitima nō attinet, nullam esse puto interiam in libris Justiniani quæ infeliciterat & exiguum hujus studii fructum clarius ostendat. Antiqua XII. tabularum lex jubebat, ut in hereditatem defuncti primo loco succederent liberi, sed ii solum, qui in patria potestate essent retenti: post hos succedebant agnati, hoc est cognati defuncto per virilem sexum conjuncti, (quippe qui nomen defuncti ferrent) eo fine ut familiæ conservarentur. Hoc pacto emancipati, nec ulli per fœminas descendentes (quippe qui nomen defuncti amisiissent) ad hereditatem defuncti admittebantur. Ita exclusis liberis præferebantur agnati, nomen defuncti habentes, quantumvis sexto etiam gradu remoti. Hæc lex in emancipatis quamquam tempore fatis longo observata, tamen juri naturæ adversari visa est, edixitque Prætor, ut emancipati ad successionem admitterentur una cum illis qui essent in potestate. De descend-

dentibus per fœminas Justinianus diserte profietur, sibi eam legem videri naturæ contrariam. Ab aliis quoque Imperatoribus correcta est, qui constituerunt, ut hujusmodi liberi succederent amissa tantum tertia hereditatis parte, quæ illis cederet; qui nomen defuncti ferrent. Sed Justinianus constituit, ut sine ulla differentia admitterentur, perinde ut reliqui. Hæc circa successionem patrum obtinent. Ad successionem matrum lex XII. tabularum non magis admittebat liberos, quam ad horum successionem matres. Postea edicto prætoris constitutum est, ut matribus locus esset in liberorum successione, modo hi sine suis heredibus decederent, nec alio quam in cognitorum ordine post agnatos matres vocarentur. Post Imperator Claudius edixit, ut in solatium liberorum amissorum illis matres succederent. Hoc mutatum est Senatusconsulto Tertulliano, qvod Imperatoris Hadriani autoritate conditum est, ex quo mater ingenua trium, aut libertina qvatuor liberorum parentis iis succederet. Supervenit lex Justiniani qvæ disposuit, ut mater cujuscunquam conditionis integrum liberorum heredi-

tatem auferret: nisi sorores defuncti superstites essent, quas dimidiam partem ferre jussit, aut fratres, quo casu hereditatem æqualibus partibus dividi voluit. Liberis Senatus ex autoritate Imperatoris Marci successionem matrum concessit. Hoc ab initio in liberis primi grad⁹ cōstitutum est, donec edictis posteriorum Imperatorum ulteriores etiam descendentes jus succedendi obtinuerunt. En tibi pulchram certitudinem & stabilitatem doctrinæ, quæ libris Justiniani de jure successionis directæ continetur, quam considerari ab iis velim, quibus semper in ore est sapientia, excellentia, dignitas juris Romanii: ut cum merces suas satis laudaverint & commendaverint, vitrum pro adamante, aut unione Indico nobis obtrudere ne sperent. Accedamus nunc ad successionem transversalium, in qua quod fratres, sorores, patruos, materteras, aliasque personas ejusdem cum defuncto sanguinis & nominis attinet, quos agnatos dicimus, iis lex XII. Tabularum successionem defunctorum ita tanquam propriam addixerat, ut fœminæ masculique indifferenter & æqualiter he-

reditatem participarent. Deinde aliae leges supervenerant, quae masculis adeo favebant, ut potè qui bello & reip. administrandæ utiles essent, ut fœminæ jam non amplius admitterentur: ita ut tu quidem filiæ fratribus tui, & filiæ patruis & materteræ succederet, illæ autem ad hereditatem tuam non admitterentur. Demum ab Imperatore Justiniano duodecim Tabularum lex restituta est, obtinuitque, ut ejusmodi respectu sexus non habito, quisque ad hereditatem defuncti cognati admitteretur. Quid firmum aut stabile in tota hac juris parte reperiatur? Porro facile esset persequi hoc argumentum, aliasque incertitudines & varietates Justinianeijuris monstrare: sed cum videam quam ignobilis hæc sit opera, vereor ne jam plus satis verborum fecerim. Adde quod ex iis quæ dicta jam sunt haut difficile est judicare, quænam sit stabilitas talium legum, quæque felicitas studii earum & disciplinæ: dum loco trium, quatuorve brevium articulorum, quibus universa directæ & transversalis successionalis lex comprehendendi poterat (qui antiquis Græcis & Romanis mos erat)

I 5 mens

Mens nunc fatiganda est in pernoscenda
prelixa hac enarratione antiquissimarum
legum, quae hinc inde disperfae tot subtis-
titatibus & spinosis quæstionibus invol-
vuntur, ut nulli rei serviant, nisi tor-
quendis miserorum studiosorum animis.
Sed aliud majus infortunium est, quod
cum bene desudaveris, invenies maximam
Galliæ partem legibus & usu suc-
cessionum omnino differentem, inpri-
mis, quod matres attinet, Rex noster non
ita pridem edicto suo Senatus consultum
Tertullianum expresse abrogavit. Tran-
seamus nunc ad testamentorum materi-
am, ubi primo loco considerari velim,
quid nobis de jure civili Romano sit reli-
quum, sive in ea testamentorum forma,
quæ fiebat per mancipationem, adhibita
libra, hisque solennibus, quæ ante memo-
ravimus, sive in iis quæ scripta, vel
nuncupativa vocabantur, quæ fiebant
certa verborum formula, quæ tam stri-
cte esset observanda, ut exigua quævis
omissio omne mysterium turbaret. Ut
tar testimonio Ulpiani ex Institutionibus
ipsius sumpto: Heres institui potest his
verbis, Titius heres esto, Titius heres
sit, Titium heredem esse jubeo. Illa
autem

autem institutio, heredem instituo, heredem facio, plerisque improbata est. Præterea statim initio testamenti hereditatem institutionem fieri oportebat, si legatum institutionibus esset interjectum, de tota re actum erat: Utrumque suis formulis sustinebatur. Verum est, hoc omne a Constantino & Justiniano esse mutatum; idque haud injuria: nam translato in Græciam imperio iniquum fuisset Græcos Latinorum formulis adstringere. Interim sic res est: tot disputationibus refertæ sunt Pandectæ, ut sine his antiquitatibus intelligi nullo modo possint. Ut ut autem sit, haud difficulter omnes fatebuntur, in maxima regni hujus parte nec libertatem, nec solennitatem testamenta faciendi, ac constituendi de bonis suis per ultimam voluntatem, esse receptam: quin obtinet, ut defuncto aliquo bona ipsius ad eum redeant, ad quem jure naturali pertinent. Est ea res tum juri divino, ac naturali æquitati conveniens, tum apertissima præscindendis controversiis & litibus: quādoquādem omnes pragmatici fateuntur, quod materia testamentaria sit fons & nutricula maximæ litium partis, captionumque quæ istic fiunt, ubi jus civile viget. Certe

te Alexander in præfat. ad Tit. de vulg. & pup. subst. Raphaelem Cumanum refert ex ore ipsius Baldi audivisse, quod ex sola substitutionum materia lucratus esset quin decim millia ducatorum: tum hæc verba subjungit, IDEO ADVERTATIS. Hoc loco repetenda est legatorum testamento relictorum materia, quæ Romani, juxta diversas quibus utebantur formulas, alia per vindicationem, alia per damnationem, alia finendi modo, alia per præceptionem appellabant. Horum autem singula suum jus, suasque proprietates habebant, secundum quas Latini Jurisconsulti & scripserunt, & disputatione, & interrogantibus responderunt. Supervenit Justinianus, qui uno styli ductu & nomen & observationem hujusmodi solennitatum sic abolevit, ut interim ingens quæstionum & disputationum copia ex antiquis Juris Consultis maneat reliqua, quæ sola istæ diversitate, quæ diximus, nituntur, in quib⁹ percipiendis juvenes ingenium fatigent oportet: & vix tamen divinare licet, ad quam è quatuor istis speciebus disputationis referenda. Non dico nunc de tot alijs rebus

rebus ad testamentariam materiam spe-
ctantibus, veluti de cernenda, aut adeun-
da hereditate, de rebus caducis, de solen-
titatibus quæ in acquirenda hereditate
exiguntur, quæ omnes à Justiniano sunt
abolitæ: ut jure possis dicere, tertiam ma-
teriæ testamentariæ partem non antiqui
juris Romani esse, sed à sola Justiniani in-
ventione. Eorum vero quæ à Justiniano
inventa sunt, nec dimidia pars in hoc re-
gno in usu mansit.

CAP. VII.

**De fideicommissis & de jure
accrescendi.**

IN hoc autem testamentario sermo-
ne fideicommissorum non obliuisei-
nportet, in iis enim inter cætera incon-
stantia & varietas juris Justinianeи evi-
dentissime spectatur. Sciunt omnes fi-
deicomissa ab initio nihil aliud fuisse,
quam dolum & calliditatem ad frau-
dandum legem, & ad devolven-
dum astute bona defuncti ad eos,
qui-

qvibus directe relinqvere non licebat: qvales erant deportati, proscripti, aut alias qvavis de causa incapaces. Testator enim adhibitis solennitatibus declarabat, se ei directe bona sua relinquere, qvi ea capere poterat: sed clam eundem rogabat, ut sic ea collocaret, qvemadmodum inter ipsos convenisset. Fideicomissa namque appellata sunt, quod obligandi vim non haberent, sed sola integritate, fide & amicitia ejus confisterent; cui commissum erat, ut in alium accepta transferret, atqve hoc illud est, quod Hieronymus ait in quadam ad Nepotianum epistola, *per fiduci commissa legibus illudimus*. Caesar Augustus vero sub initia imperii aut gratia personarum motus (uti textus ait) aut quia per ipsius salutem rogatus beres diceretur, iussit consulibus autoritatem suam interponere, & jus litigantibus dicere, quemadmodum ipsis cquinis videretur. Hic mos cum inter cives Romanos auctus esset, successu temporis fideicomissa vim & potestatem obligationis acceperant. Tandem Imperator Justinianus jus & potestatem eis parrem cum legatis testamento relictis tribuit, statuitqve ut nulla inter legata & fidei commissa esset differentia. Unde fa-

factum est, ut tot eximiæ & subtileſ antiquorum Jurisconsultorū disputatio-nes, quæ legatorum & fideicommissorum differentia nitebantur, inutiles & frivolæ redderentur. Et certe res mira & incredibilis est, qvemadmodum Justinianus fideicommissa præter omnes reliquas obligationum species juverit & approbaverit, constituens, ut etiam si nec testes, nec scripta adsint testimonia, ex nudo tamen actoris juramento, affirmantis fidei heredis commissum esse, heres necesse haberet jurare: quod si recusaret, pro confesso & convicto haberetur. Quæ Justiniani voluntas originem babuit ex rescripto qvodam Diocletiani & Maximiani infamium & abominabilium tyran-norum, qui ut aulico cuidam suo gratificarentur, constituerant, ut fidei commis-sum simpli ci epistola, aut libello, aut si-gno, aut capitis nutu sine verbis valeret, & obligandi vim haberet. Omitto quod isti nomine tenus heredi, ne commodo successionis omnino privaretur, permis-sum est lege (de SCto Trebelliano loqui-mur) quartam hereditatis partem retine-re. Inde ob deductionem seu detrac-tionem hujus quartæ, itemque supputa-tio-

tionem, imputationem, attributionem & compensationem, quæ circa eam occurrebat, tot disputationes contentionesque & nostrorum, & antiquorum Jurisconsultorum ortæ sunt (quarum tamen nullus usus est in duabus tertiiis hujus regni partibus) ut ea me commémorare jam pudeat. Antequam vero finem facio hujus testamentarii sermonis, è re fuerit, uno verbo attingere materiam quæ vulgo appellatur de jure accrescendi, in qua vix credibe est, quam vehementer antehac Doctores depugnaverint, quamque etiamnum hodie decerterent, tanquam in omnium asperrima & intricatisima. Certum tamen est, omnes eorum tragœdias non nisi quæstionibus quibusdam Grammaticis deberi, & quidem tribus his particulis sive conjunctionibus ET, QVE, CVM: qvod apparet ex *l. Tripliti. 142. de P. S. & l. Re conjuncti. 88. ff. de legat. 3.* Ubi disputatione est, primum sitne differentia inter hastres propositiones: Titius & Mævius heredes sunto; Titius cum Mævio heredes sunto, Titius Mæviusque heredes sunto. Secundo disputatione est an conjunctio realis à testatore facta sine istis tribus syllabis ha-

Habent eandem vim, ac si per illas facta esset exempli gratia, Lucius Titius, P. Mævius heredes sunto. Item sitne differentia inter has duas dispositiones: Titio & Mævio singulos servos do lego: &, Titio servum do lego, Mævio alterum servum do lego. *I. bujusmodi 84. §. quibus ita delegat. 1.* Item de hac dispositione: Mævio fundi partem dimidiam, Sejo partem dimidiam lego: eundum fundum Titio lego, *I. Mævio. 41. delegat. 2.* Eccetibi, ne quid disimulemus, omnem prope disputationem horribilis istius materiae, in qua tot magni & sapientes Doctores noctes diesque animum & intellectum fatigant, & de qua recens adhuc tam laboriosè scripserunt duo famosissimi & celeberrimi in nostra Gallia viri, Franciscus Duarenus & Antonius Goveanus. Qvorum libri de hac materia scripti & vulgati plane referti sunt istiusmodi quæstionibus, qvæ melius decerent bonum Grammaticum, qvam Philosophum politicum de tatione & æqvitate loquentem, qvalis esse debet Jurisconsultus. Atque hoc loco factum Goveani notandum est, qvi in publicum edito libro, de qvo diximus, post qvam Duarenus item de ea re scripserat,

K.

sed

sed prorsus aliter quam ipse : Goveanus post decennium circiter librum suum retractavit, his verbis in praefatione operis usus : *Sententiam hujus legis ut ante me fortasse nemo, ita neque ante hunc diem ego intellexi.*

CAP. VIII.

De obligationibus, & præcipue de stipulationibus.

UT redeam ad institutum, & sermone nem de rebus, modisqve eas acqvi rendi proseqvar, dicendum nunc nobis de obligationibus. Ex qvatuor igitur obligationum generibus, qvæ Romani olim habebant, qvorum nomina erant **re**, verbis, literis, consensu, nobis non nisi duas, primam & postremam, reliquas esse invenio. Nam verborum obligatio nem qvod attinet, dubium non est inde sic nominatam, qvod certis interrogacionum & responsionum formulis consistet, qvarum pronunciatione civis Romanus captus & obligatus tenebatur : Sed si in proloqvendo lapsus qvis esset, ut cunqve verbis clarissimis, & omnium maxime propriis, qvalia vel ipse Cicero adhiberet, usus esset, omne hoc sacrum pro-

profanatum erat. Atque hac de re libellierant vulgati, quos Jurisconsulti longe excellentissimi & celeberrimi composuerant, siue publice sic probati & recepti erant, ut sinu eos singuli circumferrent, adeoque ipsi etiam rustici, qui sine his formulis nec ovem nec vitulum emere voluissent. Quid intelligi potest ex libro secundo Varronis de re rustica. *Eos* (verba sunt Varronis de boibus loquentis) cum emimus domitos, stipulamur sic, illosce boves sanos esse, noxisque solutos prestari. Cum emimus indomitos sic, illosce juvencos sanos recte, eque pecore sano esse, noxisque solutos prestari spondesne. Post addit: *Paulo verbosius haec qui Manili actiones sequuntur lanii, qui ad culorum bovem emunt: At qui ad altaria, boitia sanitatem non solent stipulari.* Hic declarat Varro fuisse suo tempore libellos a Manilio magno & celebri Jurisconsulto compositos, qui stipulationum formulas continebant, quibus lanii utebantur in emendis boibus, quos in macello vendarent, eosque libellos ad usum in marsupio portabant. Alio etiam loco sic scriptum est: *De emptione aliter dico atque fit: Quod capras sanas sanus nemo dixerit: nunquam enim sine febris sunt.* Itaque stipulamur paucis

exceptis verbis, at Manilius scriptum reliquit sic:
Illasce capras hodie recte esse & libere posse, habereque posse licere: Hec spondesne? Et alibi:
Emptio equina similis fere ac boum & asinorum,
quod eisdem verbis in emptione dominum mutant, ut in Maniliu actionibus sunt perscripta.
 Uno verbo, contractus & conventiones
 quæ fiebant Romæ, simulque jus quod inde conseqüebatur his formulis subjectum
 erat: quas Cicero tribus quatuorve locis
 aucupia appellat, innuens miseros contrahentes à Jurisconsultis non aliter capi,
 quam visco aut decipula aviculas. Porro
 omnes illæ eximiæ disputationes prisca-
 rum Jurisconsultorum, qvæ celebri isto
 de verborum obligationibus titulo conti-
 nentur, quæque ex omni jure omnium
 subtilissimæ habentur, solis his formulis,
 & syllabarum in iis interpretationibus su-
 perstructæ sunt. Qværo igitur, cum hæ
 formulæ jam ante tempora Imperatoris
 Justiniani à Leone sublatæ fuerint, neque
 hodie ullo in usu sint, quid magnopere o-
 pus sit animum corpusq; ve iis cognoscen-
 dis impendere. Præsertim cum maxima
 earum pars Gallice exprimi non pos-
 sit ea præsertim proprietate & pondere,
 quo

quo à Jurisconsultis sunt prolata. Id ita
esse videamus in exemplo fatis vulgari,
cui Aquilianæ stipulationis nomen fuit:
Quicquid te mihi ex quacunque causa dare, fa-
cere, oportet, oportebit, præsens in diem ve, qua-
rum rerum mihi tecum actio, petitio, vel adver-
sus te persecutio est, erit ve, quod tu meum habes,
*tenes, possides: Q*uanticunque earum rerum res
erit, tantam pecuniam stipulatus est Aulus Age-
*rius, spopondit Numerius Nigidius: Q*uod Nu-
merius Nigidius A. Agerio promisit, spopondit, id
baberet ne a se acceptum, Numerius Nigidius A.
Agerium rogavit, A. Agerius Numerio Nigidio
acceptum fecit. Age jungant industriam
omnes in Gallia pragmatici & ingeniosi
advocati, ut hanc formulam probis vo-
cibus Gallicis exprimant, quæque ean-
dem vim & efficaciam habeant cum La-
tinis: paratus sum muletam solvere, si
cum honore suo id facient. Nam in mi-
nima illa formula, (quæ tamen frequen-
tissima & usitatisfima est) DARI SPON-
DES: qvibus verbis uti poterunt, cum ne-
*que Gallicum verbum *donner*, neq; *bailler*,*
ullo modo huc quadret: tantundem est
de istis verbis DARE. FACERE. O-
PORTE T, quibus quæ conveniat

Gallica non reperiuntur. Nihil dico de differentia & proprietate trium verborum *Habere*, *Tenere*, *Possidere*, qvibus in nostra lingua nullus est locus. Idem de istis dicemus: *Habere licere spondes*. Et de istis: *ut mibi ire agere liceat*. Interim stipulationum differentias non attingo, Prætoriarum, judicialium, & communium, in quibus intelligendis hodie perfectissimi & eruditissimi Doctores ita animum fatigant, ut conseruantur praxin earum nullam esse, scientiamque ad usum vitæ omnino inutiliem. Hoc tantum dicam, cum ab Imperatore Leone aliisque Principibus formulæ stipulationum sint abolitæ, qvi constituerunt, ut omnes conventiones, quibuscunqve etiam verbis inclusæ, sint obligatoriæ, error esse videtur, tempus impendere exigendis, exanimandisqve verbis, particulis & syllabis antiquarum formularum. Testimonii causa non citabo nisi Jurisconsulti Pauli autoritatem, qui de simplicitate loquens, quæ aliis contractuum & obligationum generibus interat, sic scribit: *Si in locando, conducendo, vendendo, emendo, ad interrogationem quis non responderit: Si tamen consentitur in id quadruplicem est, valeat quod actum est, quia bi-*

tractus non tam verbis, quam consensu confirmantur. Quare si obligatio sine verborum formulis contracta non est stipulatio, nomenque stipulationis sine effectu remansit, quid magnopere opus est impendere ingenium intelligendis tot subtilitatibus, qvæ solis his stipulationum formulis & syllabis nituntur? Quid alia ex parte dicemus de obligationibus ex delictis & maleficiis? Nam ubi nunc est pœna, mulcta, actio, aut formalitandi, qvibus veteres utebantur? præsertim cum Justinianus suo jam tempore maximam earum partem aboleverit, quales sunt actiones furti concepti, furti oblati, furti prohibiti, furti non exhibiti, dedamno injuria dato tum infinitæ similes aliæ leges, quas coñemorare longum foret: neqve hæc ullum apud nos locum, aut usum inveniunt, non magis qvam illæ, qvæ ad crimina publica & capitalia pertinebant. Unde in promptu est judicare, qvam felicem se juventus existimare possit, quæ in tali studio tempus transigit & consumit. Nam qvemadmodum oculus se conservat ac confirmat colore qvisplendore & elegantia ipsum delectat, ita similiter studium ingeniis

maxime commodum illud est, quod propter commodum, quod hominum vitæ affert, honorem industriae debitum studio reddit, ecce jucundum laboris sui fructum.

CAP. IX.

De actionibus & formulis
litigandi.

VIdemur hactenus sufficienter esse, cuti de statu personarum, & consequenter de natura ac qualitate rerum, de que modis eas acquirendi. Restat ut de actionibus agamus, quæ vox apud Latinos omnes in universum formas litigandi complectebatur. Quod si juris Romani ulla pars obsoleta & extra usum est, ea præcipue hæc est: nec enim consistebat nisi in formulis, sive in judicium vocarent, sive postularent, sive defenderent, sive sententiam pronunciarent, sive quidvis litigandi causa facerent. Qvod disputationem de fundamento causæ cuiusque attinet, quod in ratione & æquitate situm est, de ea verbum propemodum nullum: Exemplū apparent in interdictis, quorum usus

usus erat, dum controversia incidisset de rebus sacris, aut publicis, aut de possessione. Nam post solemnitates à partibus adhibitas, Prætor certas verborum formulæ pronunciabat, constituens & justi reddens uti res requirebat. Qvod quicdem impossibile est hodie in usum reducere, partim quia non nisi exiguæ nobis conjecture restant ejus quo ipsi uteretur mbdj, partim quia formulæ ipsorum, qvæ Latinæ erant, in nostrò sermonis locum habere nequeunt. Idem de actionibus dieimus, quæ formulæ erant procedendi in controversiis privatis de proprietate & obligatione, sitæ in certis vocabulis & syllabis, ita stricte observandis, ut qvij una lapsus esset, totam rem perderet. Hinc est distinctio illa, qvod quædam in personam erant, quædam in rem. In istis enim persona reorum expresso nominabatur, secus in his, in qvibus simpliciter in rem oratio dirigebatur. Præterea ante litigandum ad tabulam magistratus eundum erat, qvam vocabant. Album Prætoris, qvo omnes actionum formulæ erant redactæ, quas neq; mutare, neque innovare licebat, non magis quam palmo in circulo. K. 5. magi-

magicas incantationum syllabas, atque ex iis feligere unam oportebat, & ad verfariorum indicare, velle se ista urbis. Inde ad Praetorem ire oportebat, tum ut ab eo veniam ad litigandum impetraretur, judex que nominaretur ac constitueretur, qui causam cognosceret, tum ut certis vociibus ac formulis includeretur auctoritas ac potestas huic judici data ad cognoscendam & expediendam causam. Sed ut revertamur ad has actionum differentias & formulas, nihil instituto nostro convenientius aut aptius est, quam illae quae nominabantur *bona fidei*, & *stricti juris*. Ille sic nominabantur, quod Praetor cum judici potestatem cognoscendi causam dabat, haec verba adjiciebat, *Quantum ex bona fide dari fieri oportet*; his ea non adjiciebat. In illis infinitam judici potestatem dabat, juxta prudentiam suam & aequitatem quæstionem decidendi: in his juxta probationem petitione conformem, idque tam stricte, ut si is qui centum solidos petierat, nonaginta novem in probationem deduceret, necessario totam summam perderet, nec in posterum ullam ad persequendum actionem haberet. Idem dicimus de divisione actionum in civiles & præ-

& prætorias: qvarum illæ erant perpetuæ hæ annales: quoniam Prætoris officium erat annum. Sed inter omnes has subtilitates nullæ magis solennes sunt, quam illæ actionum directarum, utilium, i.e. factum, & prescriptis verbis. Nam nulla est in libris Justiniani intricatior ac contentio plenior disputatio, quam cum dubitatio incidit, sive ne danda actio directa, an utilis, an prescriptis verbis, id est num formulis in prætorio albo & edicto propositis uti sit convenientius, an vero aliæ novæ sint fingendæ opera & auctoritate Jurisconsulti cuiusdam. Ubinam locus est in omni jure civili hac difficultate non implicatus? Quis adeo pertinaciter huic studio faveret, ut non fateatur turpem & non tolerandum Tribonianii errorem esse, quod ubique refertos his rebus libros suos reliquerit, praesertim cum Jurisconsultus Paulus suo jam ævo scripserit, usum istiusmodi res refutare. Non refert, ait, directa quis an utili actione agat vel conveniatur, quia in extraordinariis judiciis, ubi conceptio formularum non observatur, hac subtilitas supervacua est: maxime cum utraque actio ejusdem potestatis est, eundemque habet effectum. Sive autem à Paulo, sive à Triboniano hæc scripta

scripta sunt (ut suspicax non nemo dubitare possit) apparet tamen hanc juris civilis partem ante mille amplius annos esse abolitam : deinde nullam esse rationem modumve eam restituendi, si id maxime cuperemus ; quippe cum tam pauca inde nobis sint reliqua. Hæc de actionibus. De exceptionibus & defensionibus quid dicemus ? Certissimum est , nihil justius aut æquius esse , quam reo subvenire justa quadam exceptione. Sed Romanorum exceptio prorsus in dominum forensem erat conversa : non solum propter formulas , verum etiam quod locum non habebat , (uti Justinianus testatur) nisi actio contra reum iniqua esset , neque tamen eam abnegare posset : exempli causa , si quis per vim , aut fraudem obligatus esset , Prætor nihilominus tenebatur contra reum actionem concedere , sed propter evidentem iniquitatem exceptionem adjungere licebat . Quod si obligatio ex contractu bona fidei descenderet , hoc casu nulla exceptione opus erat , quod natura actionis eam ipsa secum ferret . Deinde subtilitas quedam erat , quæ hodie futura sit ridicula . Duo modi erant sol-

ver-

vendi aut distrahendi obligationes, altera apud Prætorem *ipso jure*, altera apud judices à Prætore datos, qvam vocabant *per exceptionem*. Exempli gratia si obligatio distracta esset solutione, aut Acceptilatione Aquiliana, de qua supra locuti sumus: reus enim si hanc defensionem allegaret apud Prætorem, ipse causam cognoscebat & decidebat. Sed si voluntaria liberatione, aut pacto gratuito inter partes convenisset, ne quid in posterum peteretur, aut aliud quid tale, Prætorem oportebat exceptionem addere, & judici committere, ut de ea cognosceret. Atque hæc pars est ejus qvo Romani causas tractabant modi, qvæ sicut omnis reliqua ipsum administratio non nisi in formulis, & verborum superstitionibus consistebat, plane eodem modo, quo Magi characteribus, incantationibus, & verbis occultis uruntur, quæ ita stricte & superstitiose observanda sunt, ut qui una syllaba labatur, omne sacrum sit turbaturus. Conferatur jam Galliæ nostræ mos ut intelligamus, quid studium illud commodisit allaturum. Audimus *hic sergent royal en à cheval, yia-*

viator regius, aut equestris, *d' exploits*, de vadimonii actis aut scriptis, *derecords*, de antestatis, *des relations*, de actis viatorum, aliaque, quæ inter pragmaticos potius jactantur, quam ut ex Romanorum libris, aut in legum universitatibus possint addisci. Quin non minus hæc remota sunt à more & forma judiciorum Romanorum, quam mores Gallorum à moribus Tartarorum & Trogloditarum distant. Adeoque si doctissimus quisque Jurisconsultus Gallus, quiqve in libris Justiniani sit exercitatisimus, palatum aliquod ingrediatur, ibique silvestres has cantilenas audiat, ita novitium se & impeditum sentiet, quasi nec de legibus, nec de judiciis unquam aliquid audivisset.

CAP. X.

Comparatio modi jus docendi antiquorum, & nostri.

EX his evidenter apparet an Galliæ Universitates jure jactent (sicut supra diximus) se pares esse priscis in Persia ludis, quæ Justitiæ scholæ nominabantur. Nam Xenophon ubi de his scholis loquitur addit, juventutem istic exerceri solitam in legum, quas addiscerent usu: nec ma-

magistros nisi alteram diei partem eru-
diendis adolescentibus impendisse, alte-
ram vero exercendis iisdem tribuisse, ut
quasi in judicio agitatis causis, quæ didi-
cerant ad usum adhiberent. Sic de Cy-
ro Rege adhuc puer narrat, castigatum
esse à magistro, quod in cognitione causæ
inter æquales male adhibuisset legem
quam didicerat, nec domino rem suam
adjudicasset Cum n. puer grandior breve
suum pallium, cum longiore alterius mi-
noris pueri comutasset, eidem id ex bono
& æquo adjudicaverat: non respiciens le-
gem quæ cuique quod suum est tribuit.
Sed Persas relinquamus, loquamur solum
de more Romanorum, quem in traden-
da juventuti Jurisprudentia servabant.
Cicero nos id diserte docet, in libro quem
Oratorem inscripsit, ubi de Rep. florentissima,
ac vigente in ea maxime Jurispru-
dentia, his verbis utitur. *Alteros enim*
(de J. C. tis loquitur) respondentes audire sat
erat. ut ii qui docerent nullum sibi ad eam rem
tempus ipsi seponerent, sed eodem tempore &
descendibus satisfacerent & consulentiibus. Item
aliо locо: *Ego autem juris civilis studio mul-*
tum opera dabam Q. Scadole P. F. qui quanquam
zemini se ad descendum dabant, tamen consulenti-
bus

bus respondendo studiosos audiendi docebat. Quibus in locis aperte monstrat, adolescentes Romanos ea tantum discere solitos, quae mox iudiciorum usu celebrari videarent, juxta mente Afranii Poetæ, apud quem Prudentia usum patrem, matrem memoriam agnoscit. Nam Jurisconsulti (quod ex diversis Ciceronis, Senecæ, Valerii, aliorumque locis constat) primo diluculo ad galli cantum in atrium descendebant, ibique in solio, quod erat sedile magnificum & ornatum, confidebant. Introducebant deinde qui de jure consulebant, quorum controversias studiosus aliquis præsentibus ipsis proponebat: respondebant Jurisconsulti, ac sententiam suam declarabant, ad manus habentes libros aliquot præstantissimorum inter antiquos Jurisconsultorum. Dum discessissent, in forum descendebant juvenes, causis in iudicio agitandis ad futuri. Hæc mihi videtur (salvo tamen aliorum iudicio) via brevissima & expeditissima: tum quod artis exercitium præceptis tradi non potest (unde est quod Ciceron ait, *indocilem usus disciplinam*) tum quod princeps artis & disciplinæ cuiusque pars in actione consistit: quod

quod in pictura apparet. Etenim artis pri-
maria pars non est, didicisse præcepta quæ-
dam de lineamentis, aut de colorum pro-
prietate, sed manu penicillum prehende-
re, ac pingere: nam, ut veteres dixerunt,
manus instrumentum est sapientiæ. Atque
si de jure civili Romanorum dicendum est,
asseram præterea, non esse id factum aut
conditum, ut æquitatem, & jus naturale
omnibus gentibus æque cōveniens repræ-
sentaret, sed ut prærogativa esset ad con-
servandos cives Romanos in dignitate &
gradu altiore, quam essent reliqui Italæ
populi. Quod ut verum esse intelligamus,
soli cives Romani jure erant patres aut filii
familiarum, soli nuptias contrahere pote-
rant, ut jure maritali uterentur, soli ado-
ptare poterant, soli negotiari, vendere ac
emere: hac enim de causa certas formulas
habebant ipsis solum accommodas & pro-
prias. Soli cives Romani poterant acqvi-
re per mancipationem, per cessionem, per
usucaptionem: soli testamenta facere pote-
rant, instituere heredes, & institui, actuum
que legitimorum testes esse. Hinc est qvod
Romanis cum in provinciis negotiaren-
tur, & reverentia habebatur, tanquam
hominibus majore quam reliqui di-

L

gni-

gnitate præditis. Hinc item est, quod ci-
vitas Romana tanto in pretio & existima-
tione habebatur, qvodqve aliarum regio-
num ac nationum principes viri magno e-
am emebant, uti appareat ex actis Aposto-
lorum c. 28. 22. ubi centurio ait, *semulacione
ma civitatem istam esse consecutum.* Inde est
quod B. Paulus ab exteris magistratibus ju-
dicari recusavit, Romamque mitti voluit.
Hinc illa est prærogativa qvam allegat,
quod inique plagas sibi infligi, & corpori in-
juriā inferri queritur, quia Porcia lex pro-
hibet cives Romanos virgis cædi, & capi-
tis suppicio affici, nisi populus in eam rem
convocatus causa cognita jusisset: qvæsi
corpora eorum pretiosiora essent & sancti-
ora, quam aliorum hominum. Sed hæc
latius persequi supervacuum esset, præser-
tim cum ex iis quæ supra diximus duo hæc
satis comperta siunt: unum, iniq; fieri, quod
librorum Justiniani studium, juris civilis
studium vocatur, cuius nec vicesima pars
nobis refqua mansit: alterum, qvod nec
decima pars ejus qvod restat, in nostra
Gallia in usum potest deduci.

CAP. XI.

Specimen artis quam Tribonianus in com-
positione Pandectarum adhibuit.

Tem

Tempus est, ut ad alteram sermonis nostri partem deveniamus, deqve arduo & audaci magni Triboniani instituto loquamur: ubi primum considerabimus subiectum & materiam in qua versatus est, deinde specimē artis quo se met nobilitavit. Materiam quod attinet, erant ipsius seculo in civitate Romana infinitæ leges, partim quoque sub imperatoribus conditæ: quæ pro temporum varietate & diversa reip. forma (quod ab initio dictum est) necessario sibi in vicem repugnabant, contradicebant, & alia aliam abrogabant. Præterea ingens librorum à JCtis multitudo scripta & divulgata erat, qui partim expositionem istarum legum, partim disputationes, consilia, responsa, aliaque continebant: ut Julius Cæsar, qvi quingentis ante Tribonianum annis vixit, cum hoc diluvium congeriemque videret, remedium & emendationem ei adhibere cogitaverit. Sed post ipsius excessum aliæ etiam turbæ supervenerunt, prioribus longe majores atque enormiores. Nam Augusti & Tiberii temporibus duæ JCtorum seftæ sunt exortæ, quæ ita acriter & obstinate contenderunt, ut hereditarium fieret bellum, quod trecentos annos, & ultra duravit.

Harum partium altera nomen sibi sumpsit Sabinianorum, altera Proculianorum, Hæ factiones Romanam civitatem innumeris rixis & scriptis inter se contrariis repleverunt, idque in maxima juris parte, quod Justinianus his verbis testatur: *cum per contrarias interpretantium sententias totum pene jus conturbatum est.* Hæc confusio cum auctoritatem Jurisconsultorum valde minuisset, ipsi Imperatores ruente jam imperio suum quasi officium facere cœperunt, ipsiq; partibus & judicibus id postulantibus jus scripto reddiderunt. Hæc juriſ pars vocabatur rescripta Principum, eaq; jus civile magis quam superiora omnia mutaverunt & impeditiverunt, quod magnus & Theologus & Jurisconsultus Tertullianus in apologia pro Christianis testatur. *Nonne, inquit, & vobis quotidie experimentis illuminantibus tenebras antiquitatis totam illam veterem & squalentem silvam legum novis Principalium rescriptorum & edictorum securibus truncatis & ceditis.* Atque ea rescripta non modo pro tempore & causa valebant, sed sollicite servabantur & annotabantur, ut essent pro legibus & præjudiciis in similibus quæ fese obtulissent causis. Hic cuique, qui bono fanoque iudicio yalet, cogitandum relinquo, quænaam *æqui-*

æquitas inesse possit his infamium tyran-
norum rescriptis, qui rectius fœdorum &
infelicium monstrorum, quam Imperato-
rum Romanorum nomen merebantur:
quales fuerunt Heliogabalus, Commodus,
Diocletianus aliquies similes. Egregia & no-
tatu digna est hac dere admonitio in histo-
ria Julij Capitolini, in vita Imperatoris O-
pilii Macrini, de quo quantumvis pagano
sic scribit historicus: *Fuit in jure non in calli-
dus, adeo ut statuisse omnia rescripta veterum
principum tollere, ut jure, non rescriptis agere-
tur, nefas esse dicens, leges videri Commodi, & Ca-
racalla & hominum imperitorum voluntates, cum
Trajanus nunquam libellis responderit, ne ad ali-
as causas facta preferrentur, quæ ad gratiam com-
posita viderentur.* Hæc sunt historici istius
verba valde notanda. Ut vero ad institu-
tum redeamus, hæc de Principum tempo-
ribus breviter dici possunt, quorum spatio
quinque & viginti Imperatorum rescripta
in Codicem relata sunt, ab Adriano ad Con-
stantinum Christianorum Imperatorum
primum, qui imperium Constantinopolin
trastulit. Post hunc imperium tenuit Julia-
nus apostata, aliiq; tyranni, omnis virtutis
& pietatis hostes: quorum rescriptis totus

L ,

Co-

Codex repletus est. Porro quo tempore in Græcia imperii sedes fuit, & Italiam Gothi, aliæque exteræ gentes tenuerunt, necessario judiciorum forma fuit mutanda, eiq; rescripta Imperatorum Constantino-politanorum fuerunt accommodanda. Hoc igitur subiectum, hæc materia est, quam tempus istud Triboniano exhibuit in qua industriam suam collocaret, cum volumina bis mille (quod ipse testatur) ad minimum essent, eaq; à septingentis circiter annis confusa. Consideremus nunc quænam fuerit peritia artificis, qui opus adeo difficile & arduum aggressus est. Suidas talia habet: *Tribonianus gentilis fuit & impius, omnibus modis à Christiana religione alienus, adulator & impostor, qui persuadere conabatur Justiniano, cum non moriturum, sed cum carne in cœlum assumptum iri. Fuit autem questor Justiniani. Hic & ingenii facultate utebatur, & ad summanam pervenerat eruditionem, nemine sua artis inferior: pecunie ad miraculum avidus, jus pretio vendere solitus: & legum indies alias plerunque tollebat, alias scribebat, pro cujusque necessitate accepto pretio. Hæc verba sunt Svidæ. Idem testatur Procopius, qvi Tribonianii coætaneus, eidemq;ve Imperatori ab officiis fuit, additque eum habuisse publicum condendi*

dendi & abrogandi leges mercatum, ut non abiret dies, quin aliquam figeret aut refrigeret, prout privato cuidam utile & commodum esse videret. Hæc igitur erat peritia & virtus Tribonianus. Dominum ipsius Justinianum Imperatorem quod attinet, ecce tibi quæ Euagrius, & post eum Zonaras habent. Justinianus homo erat insatiabili avaritia, & alieni ita appetens, ut subditos suos vulgo venderet, iis praesertim qui magistratus obtinebant, quiq; vestigalia & tributa redemerant, aliisque qui infidias illis locarent, sub aliquo colore aut praetextu quo ipse uteretur: ditissimi vero cujusque bona in fiscum redigebat. Hoc de Justiniano testimonium esto. Quod temporis istius statum & conditionem attinet, certum est, nihil fuisse, cur Tribonianus facinus adeo magnum & audax aggredieretur. Etenim omnes sine dubio bona literæ & disciplinæ in Græcia tunc extinctæ, Jurisprudentia Romana vero Gothicodiluvio plane sepulta erat. Porro dicere non ausim, fueritne peritia sedecim istorum artificum (quos architectus & dux Tribonianus operi adhibuit) multo major quam ipsius? Constat certe omnes natione Græcos fuisse, Hi tamen libros Latinos tractabant, quorum nonnulli.

Si sermone ita antiquo scripti erant, ut Ciceron quingentos ante annos jam proficeretur, esse quædam in iis ob sermonis antiquitatem tam obscura, ut nec sui ævi Juris-consulti ea intelligerent. Tum ex epistolis & præfationibus, quæ Pandectis & Codici præfixæ sunt, aut alias interpositæ, iis qui iudicio valent facile licet perspicere, quales fuerint artifices sedecim isti Doctores. Quicquid autem hujus sit, cum ingens iste Jurisprudentiæ acervus, duo voluminum millia in palatum Imperatoris essent de-lata, sic in iis laboratum est, ut quasi quæ per cucurbitulam eliquantur, trium annorum spatio exstincta in quinquaginta libros redigerentur: quod spatum, ut vere dicam, valde exiguum fuit, cum præsertim ea, quæ diximus dexteritate essent artifices & distillarii. Quod ad rescripta & constitutiones Principum spectat, id diversum erat opus, & anteaccepimus: post Novellæ etiam Constitutiones Justiniani in aliud volumen redactæ sunt. Quod si pretiosam hanc Tribonianii reliquiarum capsulam præ manibus non haberemus, neque ex propinquo & oculis nostris judicium capere possemus, sed ex conjectura nobis statuendum esset, quid de negotio tam excuso & difficiili co-

gi-

gitaremus, cœpto præsertim à tali homine tam infelicite tempore, in tanta librorum multitudine, in tanta legum confusione, per tales homines, tam brevis spatio? Verum ut dixi, opus inter manus versatur, ut ita præstantiam ejus æstimare liceat: nosque particulatum id considerare oportet.

CAP. XII.

Singularia quædam de opere
Triboniani.

Primum igitur de consummato hoc opere notandum est, quod Tribonianus eo absoluto omnes antiquas leges, edicta Prætorum, Senatus consulta supprimi & aboliri curavit: quod certe facinus, si aliud unquam, sacrilegii nomine fuit dignissimum, eorum etiam judicio, qui Jurisprudentiam Romanam maxime laudant & efferunt. Nam si Justinianus Pandectarum libros ædem Justitiæ, opus divinum potius quam humanum, sapientiæ civilis thesaurum appellat, quanto pretiosiore & dignior rem fuisse existimamus tot bonarum & facultarium legum ac statutorum collectionem.

L 5

Quod

Qvod enim dicit se loco istarum legum reliquisse nobis commentarios, & expositiones ab antiquis JCTis perfectas, qvis tam exigui judicii est, ut sibi hoc satisfieri patiatur? Aut qvis Musas ita parum propitias habet, aut naturæ adeo hostis est, qui contentus esset, si loco Homeri & Virgilii librorum Eustathii & Servii commentarij offerrentur? Secundo considerandum est, quod Tribonianus jaetat, se nobis JCTorum expositiones reliquisse, cum omnes tamen libros magnorum & eximiorum JCTorum veterum, qui vere Romani, & in summo honorum & auctoritatis gradu stante rep. fuerunt, suppresserit & aboleverit. Tales fuerunt duo Catones, Mucii, Manilius, Cascelius, Ser. Sulpitius, ea gravitate & auctoritate viri, ut sola ipsorum præsentia & majestas formidabilis futura tuerit posteroribus illis Græcis, Syris, Africanis, qui cum in Jurisprudentiam irrepissent, hoc eis primum fuit, ut veterum scripta morderent ac reprehenderent. Prisorum ergo scriptorum loco Tribonianus nobis tradidit libros & tractatus horum peregrinorum, qui è dissitis provinciis Romanis venerant, ut lingvam Latinam, & demum Jurisprudentiam addiscerent, quique à digno-

gnitate veterum tam longe aberant, quantum ad vena novitus à vero nobili negotiis patriæ suæ innutrito, atque in iis exercitato. Hoc numero audivi quandoque, censi Africanum, Triphoniaum, Modestinum, Javolenum, & his similes, qui honoratos istos & eximios JCtos veteres tam ambitiose reprehendere & carpere conati sunt: quemadmodum accidit non nunquam, ut advenæ habitandi causa in civitatem recepti civibus naturalibus molestiam exhibeant. Quanquam homines liberalliter educati, & in lingvæ Latinæ puritate exercitati ex illorum loquendi modo facile perspiciunt, fuisse ipsos promptiores ad scribendum vernacula sua lingua Græca, Syriaca, Africana, quam Latina: tum ita hærere in exprimendo Latine id quod volunt, ut dimidia pars supplenda sit, & (ut vulgo dicitur) juvanda litera etiam divinando. Atque si quis temporis fallendi causa experimentum capere vult, consideret is modo sermonem celebris istius inter legulejos Callimachi, aut ut rectius dicam, celebrem & insolentem disputationem in lego Gallus: ut omittam scholasticorum Doctorum dicterium de Africano, *hæc lex est Africani, ergo difficilis.* Quod si pluribus verbis uti

uti licet (quod ego profecto haud libenter facio , qui sciam quam pauci hæc possint concoquere) consideretur modo stylus & forma scribendi , qua usus est Tertullianus , qui cum inter Jurisconsultos esset , è quibus Pandectas suas exsculpserit Justinianus , post ad religionis studium se transstulit , scripsitque egregios istos libros , quos à Theologis in pretio & existimatione viderimus haberi . Præterquam igitur , quod Laurentius Firmianus & B. Hieronymus de duritate & ruditate sermonis ipsius testimoniū perhibent , Beatus Rhenanus vir magnæ eruditionis , magnique judicii , secutus illorum auctoritatē , in præfatione , quam Tertuliani operibus præfixit , ita loquitur : *Deprebendimus , inquit , Tertullianum , plerumque gracissare , figuris & constructionibus Gracis utentem , ut Victorini illius sape venerit in mentem , quem D. Hieronymus melius grece quam latine scisse scribit .* Sed , ut dixi , facile credo multos esse , qvibus hæc oratio non sit placitura , eoque minus , si dicam (ut huic articulo finem imponam) Ulpiano , cum natione Syrus esset , qvod ipse testatur , cumqve bonam ætatis partem in scholis Græciæ , atqve in Rhetorica exegisset (quod ex commentariis in Demosthenem , qui ipsi tri-

tribuuntur , apparet) longe facilius fuisse Græce , qva in lingva exercitat⁹ erat, quam Latine scribere, quem sermonem declinante jam ætate didicisse eum oportuit. Non pergam in excutiendis novissimis his Jurisconsultis Græcolatinis, producam modo testimonium Plinii Secundi, qvod de aliquo inter eos celeberrimo Javoleno Prisco protrulit. Nam libro sexto c. 15. cum rem parum honorificam de eo narrasset, addit hominem turbati cerebri habitum esse. *Eft omni-
no, inquit, Prisc⁹ dubia sanitatis, adhibetur tamen
consiliis; atque etiam jus civile publice respondet;
quo magis quod tunc fecit, & ridiculum & notabi-
le fuit.* Sunt alia qvæ lector considerabit ut digna notari de consummato hoc opere, hoc est arrofionem , circumcisionem , & congeriem particularum , ex novissimis JCtis Græcolatinis congettarum, in quibus Tribonianus ait, talem à se inventam esse permutationem , qualem apud Homērum Glaucus & Diomedes inter se faciunt. dissimilia permūtando, χεύσα χαλκεών, ἐπει-
τέωβοια εὐρεαβόιαν.

Hæc enim ipsius verba sunt, veriora fortasse, quam ipse opinatus est. Tertio in omni hac congerie nullum nobis inter-

integrā orationem reliquit, sed interrup-
tos potius, atque hinc inde consarcinatos
sermones, modo ex hoc, modo ex illo au-
tore, sine ullo disputationis vinculo aut du-
ctu. Nam ex duobus aut tribus tractatum
millib⁹ per diversos auctores factis, ipse ex
alio unum, ex alio item sex, & rursus ex alio
novem aut decem versus sumit. Plane qua-
si vitori similem se exhibere voluerit, qui
ingentem doliorum cuparumque nume-
rum primum dissolveret, tum deinde ex
diversorum generum asseribus aut costis
was aliquod nova formæ effingeret. Fuero
famen homines adeo stulti, qvijus Tribon-
ianicū in artem & methodum certam re-
digere satagerent; non secus qvam si Geo-
metra aliquis artificium & proportionem
istius de qvo loquimur was demonstrare
conetur. Qvarto Tribonianus in coagmen-
tandis his segmentis nullum servavit ordi-
nem, consequentiā aut dispositionem ulla
in materia. Nam qvando exempli causa de
lege Julia & adulteriis, aut læsæ majestatis
tractare incipit, primum frustum ex libris
Triphonini excerptum ad decimum legis
caput, sive articulum pertinebit: secundum
ex Javoleno erit, ad sextum caput: tertium
ex Papiniano, ad primum, atque ita de reli-
quis:

qvis: ita ut lex qvæ nunc loco postrema est,
prima esse debuisse. Qvodq; ve amplius est,
ita male cohærent omnia, ita truncata sunt &
interrupta, ut aquila noctuæ similius sit
(qvod dici solet) quam hæc præceptis à pru-
dente & intelligente aliquo magistro pro-
fectis. Qvinto cum hæc fragmenta & cen-
tones ex libris diversarum partium & se-
ctarum sint de prompta, Sabinianorum sci-
licet, & Proculianorum, de qvibus supra di-
ximus, necessum est, infinitas contradicti-
ones & discrepantes sententias remansisse,
qvas vulgo antinomias vocant. Nam qvan-
tumvis sæpe Tribonianus contrarium ja-
chet, dicatq; ve veterum libros harum con-
trarietatum plenos fuisse, suos autem iis
surgatos & mundos esse, experientia ta-
nen plane contrarium demonstrat. Neque
illus hodie alicujus nominis & auctorita-
tis Doctor est, qvin id libere fateatur. Sexto
si Tribonianus singularem sollicitudinem
conscientiam in transcriptione JCtorum
æfert, testato dicens, nihil a se in Pande-
nis relatum esse, nisi expresse addito no-
mine & titulo auctoris, adeo ut multis in
his inscriptio legitotum versum, aut du-
etiam expleat, lex uno verbo continea-
at: ut in l. 2. ff. de incend. auxfr. Gajus libro vi.

vicesimo primo ad edictum provinciale: & Coco;
Iterum in l. 3. ff. de usu & habit. Et clientes.
Rursum in l. 20. ff. de reb. aut. jud. vel surdo, muto.
Et in proxima: vel fatuo. Nihilominus post-
quam aliquo abhinc tempore hominum au-
res animosque bonæ literæ aperuerunt,
compertum est, Tribonianum, non tan-
tum de suo immiscuisse duo aut tria verba,
sed integros etiam versus & sententias,
quin paginas etiam, velut in l. 2. ff. de orig. jur.
quam nihil nisi fabulas & deliria Triboni-
ani esse patet, suppositamque sub falso no-
mine & titulo Pomponii: huc refer l. 2. ff.
indebito. 25. §. 1. ff. de probat. l. 1. de interrogat.
etc. Sed ut sine ulla difficultate judicium
hac de re fiat, conferatur solum liber sen-
tentiarum Pauli, ante triginta abhinc an-
nos inventus, cum legibus quas Tribonius
inde excerpit, atque in Pandectas suas
retulit, tum apparebit sancta illa & sollici-
ta boni Triboniani conscientia. Quoni-
am vero nonnulli acriter se his opponunt,
quasi per summam injuriam honor Triboniani violetur, volo ex Justiniani verbis o-
stendere, qvid ipse fieri jusserit: Sic enim
Imperator loquitur: Sed in hoc studium vobis
esse volumus, ut si quid in veteribus libris non bene
positum inveniatis, & hoc reformetis, & ordinetis
me-

moderato tradatis, ut hoc videatur esse verum, & quasi ab initio scriptum, quod à vobis electum & ibi positum fuerit, & nemo ex comparatione veteris voluminis quasi vitiosam scripturam arguere audeat. Et paulo post: *Et in tantum volumus eadem omnia cum reposita sunt obtinere, ut et si aliter fuerant apud veteres conscripta, in contrarium autem in compositione nostra inveniantur, nullum crimen scripture imputetur, sed nostra electioni bec adscribatur.* Septimo quantumvis Tribonianus saepe glorietur, nihil se superfluum, nihil tautologum, nullam sententiam iteratam reliquisse, plurimi tamen loci inveniuntur, non modo reapse inter se conformes, sed verbis etiam & syllabis convenientes, veluti in l. si debitor. 80. & l. si debitor 83. ff. de jure dot. l. si mancipia. 18. ff. de jure dot. & l. pen. §. 3. ff. sol. matr. Sed quod nunc referam vel in primis animad vertendum est, tanquam specimen perfecti cuiusdam artificii. Nam et si jus civile Romanorum, aut ad minimum executio ejus præcipue in formulis consistebat, adeo ut nec carnitex munus suum expedire posset, nisi certa verborum concepcion ei recitata esset, formulæ autem istæ ab Imperatoribus Constantinopolitanis erant abolitæ: Tribonianus tamen disputationes librorum suorum iis, quasi utilissima doctrina refersit, idque oratione non plena

M

qua

quæque intelligi posset, sed minutis frustis & fragmentis, quæ sunt tanquam Sibyllæ carmina, aut ænigmata torquendis & divariantis ingenii omnium optimis facta. Eadem hæc querela juventuti Constantinopolitanae nobiscum communis fuit. Nam (ut exemplum exhibeamus) quid illos juvare poterant subtilitates istæ actionum directarum, utilium, in tactum, & præscriptis verbis, de quibus supra diximus: quando omnis hæc juris pars non nisi in formulis Latinis consistebat, ipsi autem Græce lites agabant: tum formulæ istæ ducentos ante annos à Constantino erant sublatæ. Nos vero quam imprudenter faceremus, si uegemus in Justiniani libris hanc disputationem effe frequentissimam, quæ tamen fructum & utilitatem affert omnino nullam.

CAP. XIII.

De successu & auctoritate librorum
Justiniani.

VIdeamus jam qvid acciderit, postquam egregii hi libri in vulgus sunt editi. Primum hi libri, ut ut Latine scripti, in Græcia tamen manserunt, ubi prælecti sunt in scholis Constantinopolitana, Berytensi, aliisque Universitatibus, & con sequenter in judiciis usurpati & observati: ita-

tamen ut Imperatores Justinianum secuti aboleverint, mutaverint, & novaverint quicquid ipsis placuit, uti patet ex Novellis Leonis Imp. qui Imperium tenuit circa annum 740. sunt illæ Græce typis excusæ, & ante duodecim, aut qvindecim circiter annos in publicum datæ. Italia interim à gentibus septentrionalibus occupata eorum leges & statuta recepit, ac spatio sexcentorum annorum aut nullam, aut exiguum librorum Justiniani cognitionem habuit. Nam leges Gothorum, Vandalorum & Francorum usque ad tempora Lotharii Saxonis perdurarunt, qvi imperium accepit circa annum 1125. id est sexcentos annos post leges Justiniani. Prodiderunt enim historici, faisse istius Lotharii tempore Irnerium sive Wernerium magni nominis & auctoritatis virum, de quo historia ab abate Urs pergenſi composita ſic loquitur : Eisdem quoque temporibus dominus Wernerius libros legum, qui dudum neglecti fuerant, nec quisquam in eis studuerat, ad petitionem Mathildæ Comitissæ renovavit, &c. Hic locus testimonium perhibet, Wernerio non magis religionem fuiffe his libris manum inferre, ubiunque ei commodum videretur, quam Tribonianus olim

omnia quæ in Pandectis sunt circumciderebat, mutaverat, suppleverat. Qvicq; id autem fit Justiniani auctoritas sic imminuta est, ut Obertus de Orto tempore Frederici Barborossæ post quadraginta circiter annos in suo de Feudis libro ita scripserit: *Legum autem Romanarum non est viles auctoritas, sed non adeo vim suam extendunt, ut usum vincant, aut mores.* Accidit eodem hoc tempore res notatu longe dignissima. Nam cum in libris Justiniani, & præcipue in Novellis infinitæ leges & statuta religionem ac disciplinam ecclesiasticam, ejusque exercitium, simulque statum Episcoporum, ac Clericorum concernentia invenirentur; adeo ut de pronunciatione præcipuorum verborum in Liturgia & sacramentorum administratione regulæ proponerentur; Pontifices Romani, qui à trecentis annis in possessione juris istius & administrationis erant, ægre id tulerunt. Qvare Eugenius tertius Gratiano ordinis D. Benedicti monacho commisit, ut ad imitationem Pandectarum Justiniani coacervaret loca quædam ex conciliis collecta, & particulæ è scriptis partim Ecclesiæ Doctorum, partim è Pontificum epistolis excerptas: quæ omnia ad amplificationem, incrementum & aucto-

auctoritatem sedis Romanae essent accommodata. Hunc librum, *Decreta* nominavit, eumque (quod ipse testatur) in publicum emisit anno 1150. Sed deinceps alii Pontifices supervenerunt, qvi primum *Decretales* addiderunt, ac paulatim, ut Justiniani legibus obsisterent, corpus juris Canonic i confecerunt: quando (ut ipsi dicunt) majoris ponderis & auctoritatis esse debet lex Ecclesiæ, quam Principum secularium. Inter hæc incredibile est quantum processerit studium librorum Justiniani: post annos enim vix centum, sub Imperatore Barbarossa, quatuor longe doctissimos & excellentissimos omnium qvi post vixerunt Jurisconsultos floruisse inventimus, Bulgarum, Martinum, Jacobum & Hugolinum: de quibus Frisingensis in historia de rebus gestis Imperatoris illius Friderici lib. I. c. 5.

Si vero Imperatores solliciti fuerunt de alendis in scholis suis Doctoribus & Professoribus juris civilis, Pontifices quoque ex sua parte non cessarunt, in colligendis undique prompti & excellentis ingenii viris, qvi Canonibus ipsorum studia sua consecrarent. Qvanquam

& excellentissimi quique juris civilis Doctores magnis & honorificis stipendiis furerunt alliciendi ; qvi utriusqve juris doctrinam ita commiscuerunt, ut eorum usus & practica (quam dicimus) prope inseparabilis facta sit. Qva ratione complures ex his Cardinales facti sunt , uti Hostiensis, Bursianus , Zabarella & Panormitanus. Quidam in sedem usque pontificalem ascenderunt, uti Gregorius nonus, Innocentius quartus, & Bonifacius octavus, aliique. Hoc modo exteri Principes, quicivitatem suas publicis scholis dotare voluerunt, coacti sunt ob hanc mixtionem juris quoq; Canonici exercitium recipere , ita ut in pluribus Germaniae partibus à juris Canonici lecturis nondum expedire se posint : adeo ad magnitudinem sedis Romanæ exercitium librorum Justiniani accommodatum fuit. Etenim alterum alteri adhærebat, tanquam appendix necessaria. Inde fuit stolidus & barbarus ille mos, qui non ita dudum in Gallia adhuc obtinebat, omnia acta & instrumenta publica Latine consignandi: ita ut miseri homines qui latine nescirent, quoties scripto committee voluerant aut matrimonii contractum, aut donationem, aut testamentum, necesse ha-

taberent rudi cuidam rabulæ se committere, qui omnia incontrarium sæpe, quam contrahentes voluerant, describebat. Inde erat, quod Parliamentorum decreta latine siebant, quæ servitus adeo barbara erat, ut Franciscus Rex, cognomento pater literarum expresso mandato id abrogaverit, anno 1539. Causam tuisse nonnulli dicunt, quod loco verborum, quorum hodie usus est, *nous avons deboute, & deboutens*, dici & pronunciari consuevissent ista verba, *debotamus & debotavimus*. Qvod ego tamen suo loco relinquo. Dico postremo verum esse, quod omni tempore vel pueris ludibrio fuerint asinitates Canonistarum, unde proverbium est: *magnus Canonista, magnus Asinista*. Hodieque quis est Canonistarum nisi plane truncus & bellua, (quemadmodum semper sub forma humana asini reperti sunt, qui carduiis delectarentur) quem studii, seu professionis suæ non pudeat? Nihilominus utrumque jus intra trecentos annos tam inseparabiliter commixtum est, ut non modo in ischolis, quod modo dixi, sed in judiciis etiam & auditoriis publicis non hoc pluris, quam illud æstimatum sit. Ita illi qui nobis studium librorum Justiniani adeo tenere commendant, tanquam

omnis scientiæ politicæ scaturiginem, vi-
dentur (ut vere loqvar) aquam de fonte
valde turbido nobis propinare. Sed ut
bis finem imponamus, aliud videamus no-
tatu dignissimum, quod huic studio accidit.

CAP. XIV.

De miris in libros Justiniani glossis
& commentariis.

CUM magni isti quatuor Doctores &
consiliarii Imperatoris Friderici glos-
sas quasdam, & minutus remissiones in li-
bros Justiniani reliquissent, sic eos æmula-
ti sunt successores, ut intra trecentos annos
plures tractatus, disputationes, commen-
tarii, consilia, decisiones, observationes,
annotationes, repetitiones, singularitates,
apostillæ, & alii variorum generum libelli
prodierint, quam ante Justinianum mille
& quadragecentorum annorum spatio. Ni-
mirus volebat unusquisque Doctorum
hoc pasto innotescere, & publice celebrari,
ut postea à Principibus evocaretur, aut in
legum Universitates accenseretur, aut pin-
gvi stipendio ad scribendum consilia, in-
structiones & monitiones ad instruendas
ite conduceretur. Supervenit aliud in-
spera-

peratum infortunium, atque si vere dicendum est, coram Deo & hominibus abominandum. Nam dubia & quæstiones usus vulgarissimæ ita varie à Doctoribus tractatæ & agitatæ sunt, partim ob opinionum diversitatem, partim ob avaritiam & corruptelas, ut omnes rectæ & sanæ conscientiæ viri fateantur, non esse ullam hodie materiam, in qua non evidens contrarietas inveniatur. Baldus adeo, qui inter primos habetur, in prefatione feudorum confitetur, se qui publice docuerit annis septem & quadraginta, adhuc quasi tyronem esse. Spinosis his, quæ ut plurimum in consiliis & scriptis Doctorum adhibentur, involucris factum est, ut miseri judices qui iis interentur, cum consilia & monitiones tot auctoritatibus suffertas viderent, ultro faterentur, oculos quasi præstigiis sibi eripi, seqve non tam ex juris certi & indubii scientia, quam fortuito judicare. Contrarietatem quod attinet, uni nostræ ætatis viro me committo, qui in hac studiorum parte sic fuit exercitatus, ut longo tempore aliis nemo. Celebrem illum Andream Tiraqvellum dico, qui saepe in libris suis, quos allegationibus his instrutissimos reddit, postquam unanimitatem

& testimonia centum, aut centum & virginis
sæpe Doctorum idem sentientium accu-
mulavit, hanc aut similem orationem sub-
jungit: ut videoas amice lector, nihil esse in
jure nostro non ambiguum, & disputatio-
nibus ac controversiis involutum, volo ti-
bi totidem, aut plures recensere, qui sunt
in opinione prorsus contraria. Et sub hæc
ingentem aliorum Doctorum ordinem
pertexit, qui opinionem contrariam de-
fendunt. En tibi miseram conditionem,
quæ ducentis annis proximis inter hos Do-
ctores scholasticos visa est, quæ res adeo ex-
os os reddidit, ut tandem non modo pro ho-
minibus tardis, & inconditi cerebri, sed
pro Sophistis, rabulis, calumniatoribus &
Justitiae perversoribus haberentur. Nam
quod ruditatem turbati ipsorum cerebri
attinet, quis est sani sensus & judicii, qui
unam paginam legere possit eorum, quæ
extra terminos & quæstiones practicas
scripsierunt, quin aut rideat tanquam in re
joculari, aut præ fœditate angantur. Atque
si quis tempus in his fallere cupit, is eum si-
bi labore sumat, legatque Bartoli dialo-
gum, ubi diabolum introducit cum virgine
Maria disputantem, aut ea saltem quæ
aut ipse, aut Baldus, aut Barbatias, aut alii
ejus-

ejusdem numeri in Pandectarum præfationibus scripserunt. Quin sunt, qui observatum à se dicant, evenire, ut illi qui libris Justiniani in teneriore ætate se applicent, antequam philosophia & bonis literis mentem probe muniverint, facile cerebro turbentur. Atque hic mihi in memoriam venit, quod exempli gratia eos narrare memini de celebri & authentico quadam nostri seculi JCto; quicun publicus Doctor esset in quadam Germaniæ universitate, animadvertisit aliquando montem ab Oriente obstatum, quo minus Sol emergens è schola videri posset, ideoque continuo Principem adiit, docuitque quantum detrimenti inde accederet Universitati, postulans, ut aut mons submovereretur, aut si id non obtinuisset, sibi abeundi licentia daretur. Hoc ita esse testari poterit is, qui ex ore Principis sapissime id audivit, qui que apud se tum reputabat, quod de Javolenio supra diximus: ne quis miretur istiusmodi homines judiciis & litibus admoveri. Sed ut aliud potius agamus, neque tristem hic memoriam injiciamus, quam nostro tempore JCti & majore sui parte, & excellentissimi quique, aut sine Deo, aut summe vitiosi, ac moribus corrupti vixerint: qvis

quis est qvi nescit, consilia eorum & partium de jure instructiones ita plenas esse obscuritatibus, altercationibus, disputationibus spinosis , allegationibus captiosis , ut non nisi fascinandis judicum oculis , & tegendæ causarum ex sua parte injustitiæ videantur conditæ. Plane quemadmodum sepiam atramentum & spurcitem suam diffundit, ut aquam obscuret, ne ipsa capiatur. Qvod autem nonnulli de reliquo boni & rectæ conscientiæ viri dicunt , utile esse juvenes his fallaciis, cautionibus, captionibus calumpniosis instrui , non ut iis utantur, sed ut ea caveant & evitent , iis ego idem respondeo qvod olim Rex Cambyses Cyro filio dicebat : hominem juvenem qvi inimicos fallere didicerit, postea sine discrimine & amicos & inimicos, quoties sit occasio, fallere ac decipere. Porro experientiam illam stultorum magistram judicem facio , annon Cambysis fententia & tutissima sit & optima in rep. recte instituta. Omitto interim maculam & malam avaritiæ opinionem , quam Doctores non modo vita, sed proverbio, quod semper in ore habent, sibi pepererunt, nimirum, non querere se doctrinam, nisi que sit de pane lucrando. Hinc est, qvod alii eos Gallice appellant

pellant griffedenieris, esumeurs des bourses, harpies, qvafidicas, nummorum raptores, crumenarum evacuatores, harpyjas, alii Latinitate Plautina, argenti exterobronides, nummorum expalpomides, quod scmel arripides, nunquam postea cripides. Qvanqva non hoc tantum tempore ob avaritiam male audiunt Jurisconsulti. Nam mille amplius anni sunt, cum Ammianus Marcellinus libro tricesimo ita scripsit: *Est genus eorum, ait, qui juris professi scientiam, quam repugnantium sibi legum abolevere dissidia, velut arietatis ori impositis, reticenti jugi silentio umbrarum sunt similes proprietarum.* Hi velut facta matatia pramonstrantes, aut Sibyllæ oraculorum interpretes, vultus gravitate ad habitum compositi tristiorum, ipsum quoque venditare, quod vescitantur. Hi ut altius videantur jura Gallere, Trebatium loquuntur, & Cesellum, & Alfenum, & Auruncorum Sicanorumque familiis leges ignotas cum Euandri matre abbinc seculis obrutas multis. Et si voluntate matrem tuam finxeris occidisse, multas tibi suffragantes absolutionem lectiones reconditas pollicentur, si te senserint esse nummatum. Hæc sunt Ammiani verba. Sed longum foret enarrare, quid nostro tempore, nec injuria, in hanc rem dicatur. Hoc

Hoc tantum dicam , quod nostro instituto servit , hoc est ut de libris Justiniani agamus : quemadmodum hortulani violas & caryophyllos suos credunt saviorem emittere odorem , si ad radices eorum alia & cepas plantent , qvandoqvidem acor & asperitas quam cepæ habent , hoc modo se purgat & consumitur : ita juris Canonici & Sophistarum glossatorum fector libris Justiniani junctus omnem hactenus invidiā & indignationem , ob longos processus & lites sustinuit , quasi in ipsis solum causa esset , libri autem Paridecarum interim in pretio , honore & existimatione longe magiore manserunt . Verum enim vero si hæc omnia accurate considerentur , ad nostrum institutum directe non faciunt . Nobis enim propositum non est , vitia & corruptelas demonstrare , quæ aliunde exercitio legum supervenerunt , sed intima potius vitia declarare , quæ naturaliter libris Triboniani , & eorum disciplinæ insunt .

Cap. XV.

Modus docendi Doctorum
nostrī seculi.

JAM porro his relictis de alio eventu dicendum est , qvem quintum ponimus , hoc est de tot controversiis & contentione- bus ,

bus, quæ hodie inter Doctores eruditissi-
mos, atque in bonis literis educatos & ex-
ercitatos, qviqve se purgatæ Jurispruden-
tiæ professores nominant, intercedunt.
Quis non videt maximam contentionum
inter ipsos partem esse in disputationibus
Grammaticæ Latinæ? Nam ob difficulta-
tem, qvæ nonnunqam est in rudi & sca-
bro sermone novissimorum. **JCtorum**
Græcolatinorum, aliud hoc vel isto mode
eum intelligi debere contendit, aliud con-
tra aliter accipi debere defendit: atque ad
eam rem exempla & auctoritates **Cicero-**
nis, Cæsar is, T. Livii adhibent, qvi aliter
hæc acceperint. Uno verbo maxima pars
tibrorum ab ipsis scriptorum ita scatent ci-
tationibus ad Grammaticam pertinentibus,
ut pragmatici per contemptum & fastidi-
um usitato scommate **Humanistæ & Gramma-**
ticos eos vocent. Plane in Academiis no-
stris duo hodie genera, & quasi partes sunt
Legistarum, quorum alii **Bartolista & barbari**
nominantur, alii **Humanistæ, purificati, &**
grammatici; atque horum in numerum non-
nulli referunt Franciscum Connanum, di-
cuntque ejus opera præter rem referta esse
disputationibus etymologiam, proprieta-
temque verborum, & locutionum latina-
rum

rum explicantibus, in quibus tamen fastidi-
 osi & delicati etiam homines vix opera
 pretium inveniant. Huc aliud etiam per-
 tinet, quod sexto loco licet numerare. Nam
 ex archetypo librorum Justiniani , quod
 Irnerius (ut supra diximus) divulgavit, in-
 numero exempla transcripta, ac per scholas
 in hanc usque diem disseminata sunt. Post,
 cum Dux Florentinus, Cosmus Medicæus,
 ante quindecim aut viginti annos autogra-
 phum imprimi permisisset (id enim ante
 istum diem, non secus ac sanctæ & pretiosæ
 reliquiae solent, servabatur, nec nisi raro,
 atque adhibitis facibus , qui mystagogis
 mos est monstrabatur) tanta diversitas &
 discrepantia inter exempla & istud auto-
 graphum reperta est, ut id doctissimos
 quosque nostri seculi homines turbaverit.
 Nam primo infinita sunt loca in autogra-
 pho affirmative scripta, in vulgata editione
 negative : è contrario non pauciora sunt,
 quæ in isto negativam, in hac affirmativam
 vim habent. Non opus est exemplis, cum
 scholæ juris novis his disputationibus nunc
 redundant: adde quod magna pars horum
 locorum à doctis viris observata est , inter
 quos existimatione primus est Antonius
 Augustinus Hispanus. Secundo ingens
 lo-

Iocorum numerus reperitur, in quibus id quod in autographo actori tributum est, in altero ad reum refertur: quod istic de herede, id hic de legatario dicitur: quod illic genere masculino, id hic fœminino effertur. Quid facient miseri juvenes in hac confusione & perplexitate, nisi idem quod Doctores: quidum in contrariis opinionibus & sententiis persistunt, scholæ contentionibus & rixis repletæ sunt, non modo in rebus exigui momenti, verum etiam in præcipuis disciplinæ capitibus. Inde alias nec injacundus ludus pragmaticis nostris ortus est, qui hujusmodi disputationum capitäles sunt inimici. Nam quia magna pars regularium & maximarum in praxi receptrum vulgatae editioni innituntur: quoties ipsis autographi Florentini auditorias objicitur, mox exclamant, hoc esse fundamenta totius disciplinæ evertere, eaque ad primaliterarum elementa redigere. Quod si è novis Doctoribus, quos purificatos & Pandectarum reformatores appellant, aliquis in eorum sit consortio, sque Florentini exemplar citet, omnes contra illum, cœthereticum, conspirant. Neque differendo in alteram partem quam proficere dicet, scilicet in

N

omni-

omnibus actis & instrumentis ad autographum esse recurrentum, & juxta illud omnia exempla emendanda: idque adeo factum esse, cum aliquando inter Bartolum & Baldum controversia veram loci aliquius lectionem concernens incidisset, missosque Pisam, qui autographum inspicerent, quod eo tempore illic servabatur, post Florentiam est delatum. Quantæ sicut hæc qvindecim aut viginti annis inter excellentissimos & probatissimos nostri seculi Doctores turbæ! sed alia ex parte formidabiliores etiam supervenerunt. Nimirum bonæ literæ & scientiæ postquam singulari Dei beneficio restitutæ sunt, animos Doctorum in iis exercitatos sic exacerbaverunt, ut partim ingenio & acumine suo, partim veterum Codicum adjumento ingentem vitiorum & erratorum numerum detectexerint: quæ plagas & ulcera ipsi appellant, eaqye in editione vulgari hærere confirmant. Qui hoc genus chirurgiæ primi instituerunt, sunt, ex Gallia Gwilhelmus Budæus, ex Italia Andreas Alciatus, & Germania Gregorius Holoander. Post hos numerus ita auctus est, ut si adhuc aliquot annos in applicandis emplastris pergent, quæ ipsi observationes, emendationes

nes, transpositiones, lituras & mutationes appellant, Pandectarum corpus densius iis obiectum iri credibile sit, quam ullus unquam fuit æger venerea lue affectus: adeo ut ipse Justinianus, si redeat, vix opus suum agnitus sit, modo ne prorsus, ut alienum, repudiet. Aliud etiam malum est, qvod ex centum hujusmodi correcti-
nibus & mutationibus vix qvatuor reperi-
untur, de qvibus hi docti viri consentiant:
qvin ita inter se disputant & digladiantur,
ut miseri juvenes dubii, & tanquam inter
cœlum & terram, qvod proverbio dicitur,
susensi hæreant. Adde qvod ipsi Docto-
res tantum, non esse hæc maximam par-
tem, nisi conjecturas, aut simili scriptura,
aut dimidiatis literarum ductibus, aut mu-
scæ pede, aut conformitate & similitudine
alterius loci innixas, aut in universum ali-
am qvandam suspicionem. Qvod amplius
est, novum hoc bellum non modo vul-
gatis libris, verum etiam autographo Flo-
rentino motum est. Qvod si convera-
mur, in veritatem sic his rebus distineri, ut
interim egregiam practicæ & usus doctri-
nam negligat, respondent Doctores, esse
in omni scientia necessarium, ut de correcta
& emendata lectione prius consentiamus,

N 2 , quam

quam firmam aliquam regulam statuamus. Neq; hodie quisquam est, nisi plane omnium ignarus, qvin fateatur, fuisse antehac in vulgari editione maximum numerum fœdissimorum erratorum, quæ tam ex libro Florentino, quam ex inventione & conjectura Doctorum nostræ ætatis felicissime & verissime sint correcta. Interim ex his judicare licet, quænam sit hominum nostrorum felicitas, qui meliorem ætatis partem in studio horum librorum consumunt, quorum maxima pars aut abrogata, & extra usum est, aut perturbationis & confusonis plena, aut contrarietatibus & antinomis referta, aut vitiis & erratis infecta, aut per correctiones & mutationes, quæ ut plurimum fiunt, in dubium & controveriam vocata. Præterea ut exanimi sententia & verel quamur, vident omnes, neque artis excellentia, neque voluptate quæ ex ea percipiatur, tot homines ad hæc studia excitari (quod in reliquis artibus liberalibus evenire cernimus) sed sola spe commodi & questus: quemadmodum Vespasianus dicebat, odorem lucri ex qualibet re bonum esse. An non autem mira res est, quod in numero tam infinito, tanta ingeniorum præstantia, & tanta in labore pertinacia, tam paucos vide.

videmus homines in hoc studio excellentes? Nam in tot Universitatibus Galliæ Italiæ, Germaniæ, Angliæ, Hispaniæ, Scotia, aliarumque regionum quam paucos Doctores numerare licet, qui fama & existimatione reliquos exsuperent. Quid est quod plurimi semper juvenes nobili & generoso animo præditi, cum temporis aliquantulum in libris Triboniani consumpserint, plane offenduntur, seque ad aliam quandam scientiam applicant: aut si necessitate huic affixi tenentur, semet tamen quoties possunt ei suffurantur, ac tempus in philosophia & historiarum lectione, aut quovis alio studio libentissime consumunt. Exempla ex ætate nostra sumere malo Guilielmi Budæi, istius Galliæ nostræ ornamenti, Lazari Baifi, Antonii Augustini, aliorumque insignium virtute, ne opus sit, inter antiquos Tertullianum querere, qui cum Jurisconsultus (ut Eusebius refert) magnus & celebris fuisset, abstinuit ea arte, ut religionis studio totum sedicaret: cuius exemplum ab iis observari velim juvenibus, qui Deum timent ac diligunt. Nam abyssus hujus studii & disciplinæ Tribonianicæ tantus est, ut qui semel in eum inciderit,

rit , nunquam se postea expedire valeat , ut vel unam de die horām , vel unum de hebdomade diem legendæ sacræ scripturæ impendat : hoc tamen studium illud est , cui excolendo sine controversia homines facti sunt , non legendis hujusmodi libris Tribonianī . Quid sit , satis causæ videmur habere , ut de bona hujus studii correctione cogitemus : præsertim cum hæc non externa sint vitia , aut corruptiones aliunde accedentes , quales ex barbarie & ignorantia bonarum literarum in Theologiam , Medicinam , Dialecticam , aliasque artes liberales esse illatas omnes nuper deplorabant . Nos enim de vulgatis querelis , quæ ante annos circiter quadraginta aut quinquaginta contra sophisticas barbarorū artes cœptæ sunt , non loquimur , neque de asinitate aut barbarie Canonistarum , nec de luxuriosis juvenum moribus , nec de avaritia & impudentia quorundam Doctorum , qui graduum & honorum scholasticorum mercatum exercēt , eosque pretio , tanquam mercem , publice cauponantur , nec de summa pretiis honorum istorum à Pontificibus constituti (quos nonnulli pro patronis Universitatum istarum habent) quod ad summam trium

um millium tyronicorum accedit. Nos de naturali vitio loquimur, quod in disciplinae materia & substantia hæret, quodque longe difficilis corrigitur, quam corruptiones quæ extrinsecus & per accidens evenierunt.

CAP. XVI.

Responsio ad objectiones
quasdam.

Cmplures tamen, nec sine auctoritate & fama viri objectiones & difficultates nobis movent, quibus respondere convenient: Alii vetus Alcibiadis dictum citant, quod Thucidides scriptum reliquit, eos homines tutissime vivere, qui suis legibus ac moribus contenti sint, quanquam sit, ubi iis contradici possit: tum quod Plato saepius ait, rem perniciosam esse, si juvenes asfuescant contra leges in patria sua receptas disputare. Alii dicunt, non se ignorare vitia quæ sint in hoc genere studiū, sed ob temporum infelicitatem de remediis desperare: estque ipsorum sententia, oportere velut gangrænam, ea relinquere intacta: Satius esse miserum hoc corpus sustentare potius, dum possit durare, quam remediis morbum ejus irritare. Cæterum libros Triboniani ob certamina

& controversias ex iis ortas non esse rejicendos: cum præsertim eadem ratione condemnanda forent Philosophia, Medicina, & ipsa Theologia, in qua & plures sunt dissensiones, & longe damnosiores quam in aliis omnibus disciplinis & studiis. His ego respondebo: prium, non esse profecto privati munus in rem p. manum immittere: sed esse boni civis, si quid vitii animadverterat, magistratui id indicare, eoque magis, si remedium sciat dare. Deinde officium magistratus esse, si vitium in rep. sua videat, ut ut difficultis sit sanatio, sapientum tamen consilia & sententias exquirere, quo facto remedia adhiberi possint: exitum vero & finem Deo committere. Adde quod nostro tempore mala vidiimus, & specie & reipsa centies incurabiliora, quæ tamen paulatim emendationem receperunt. Tertio respondeo: si Justinianus suo tempore tenebris & ignorantia pleno ausus est magnum ac flammatum tot, tamque pretiosis legum Romanarum libris & Jurisconsultorum scriptis injicere; hoc tempore, quot, tamque excellentia ingenia, ac rebus civilibus adeo apta Galliae concedere Deo placuit, haud injuria licere hos libros invadere, qui omnium sanorum iudicio anti-

qua-

quorum scriptis non magis, quam æs auro possunt comparari. Hoc unum forte metuendum est, ne nimii admiratores Justiniani præ dolore animam ponant: quod olim Lycurgus fecit, qui cum ægre ferret leges suas à Lacedæmoniis non nullis in locis corrigi, in solitudinem abiit, ibique fama contabuit. Respondebo præterea, quod contentiones attinet, quatuor esse differentias contentionum, quæ in libris Justiniani, quæque in aliis sunt artibus. Primum aliarum artium disputationes versantur tam in rebus ad usum vitæ spectantibus, veluti in Philosophia & Medicina: nostra vero maxima ex parte in sermonis & linguae Jurisconsultorum Græcolatinorum intellectu vertuntur. Secundo aliæ disputationes in argumento integro versantur: nostra vero inter tot frusta, fragmenta & schedas maxima ex parte non nisi conjecturis & divinationibus nituntur. Tum quod Theologiam spectat, est quædam differentia ratio magni ponderis & efficaciaz. Nam Deo concedente contrariae circa religionem partes sunt: quandoquidem ad castigandam improborum ingratitudinem diabolo permittit, ut

doctrinæ suæ per quædam scripturæ sacræ loca colorem & umbram faciat. Nec fieri potest, quin in agro Dei (quod ipse Servator ait) & malæ & bonæ sint herbæ: in horreo ipsius & triticum & lolium: in reti ipsius boni malique pisces: atque, ut Paulus ait, necesse est hæreses esse, ut eleæti dignoscantur. Sed Dei voluntas expressa & declarata non est, ut in legum studio sint necessario contentiones, non magis quam in agricultura, aut architectonica, aut pictura, aut sutoria, aut sartoria arte. Deus enim solem quidem suum bonis malisque illucescere sinit, sed non omnibus æque spiritum sapientiae suæ ad intelligendam scripturam largitur: quin expresse declarat, se magnos & sapientes eam celare, donare autem parvis & humilibus.

CAP. XVII.

Dissertatio de secunda aut adversa fortuna, quæ Galliæ per libros Justiniani accessit.

UT finém denique faciam, respondeo
Galliæ regnum octingentos annos per Dei benignitatem floruisse, cum libros Justiniani nec magni faceret, nec exerceret. Nam plures quam trecenti anni non sunt, quod exercitium hujus studii Galliæ fuit

fuit cognitum: neque Doctores hujus disciplinæ alpes transierunt, nisi diu post instaurationem Irnerii, de qua diximus. Quanquam propter longam Romanorum dominationem vestigia quædam eorum juris videntur remansisse, aliquo etiam post tempore quam Franci regnum occupaverant. Aymoinus enim libro quarto, c. 28. de Regis Dagoberti primi temporibus, circa annum 643. loquens his verbis utitur. *Idcirco in publico Francorum conventu à quibusdam proceribus secundum leges Romanas (qua sanciunt à paterna eos decidere hereditate debere, qui noluerint imperfecti necem vindicare) omnibus paternis ex spoliati sunt bonis, atque inanes relicti.* Et Gregorius Turonensis lib. 4. cap. 24. de filiis Clotarii primi loquens, circa annum 570. à Gontrano (is filiorum istorum unus fuit) *Celsum quendam patricium esse creatum ait, cum que describit: In certis tumidum, in responsis opportunum, & juris lectione peritum.* Porro c. 46. de quodam Andrachio loquens, sic ait *Ad studia literarum positus bene institutus emicit? nam de operibus Virgili, legis Theodosianæ libris, arteque calculi ad plenum eruditus est.* Sed fuisse in existimatione istos libros, idque post quam Romanorum memoria per Francorum dominatum extincta est, nusquam traditur

ditur. Argumento etiam hoc est , quod
Franci, cum ē patria sua Germania profecti
Galliam occupassent , legēs quoque suas
 intulerunt , quarum reliquias in latinam
 linguam translatas, eodem volumine com-
 prehensas videmus , cum legibus Gotho-
 rum, Vandalorum, Longobardorum, alia-
 rumque nationum septentrionalium. Atq;
 de Francis animadvertenda sunt , quæ in
 præfatione legis Salicæ scripta extant. **Gens**
Francorum inclita cum adbuc ritu teneretur bar-
 garico , dictavit Salicam legem per proceres illius
 gentis , qui tunc temporis ejusdem erant rectores .
 At ubi Deo favente Rex Francorum Chlodoveus ,
 florens & pulcher , & inclitus , primus recepit Ca-
 tholicum baptismum , & deinde Childebertus &
 Clotarius in culmen regale Deo protegente perue-
 nere , quidquid in pacto minus babebatur idunum
 per illos fuit lucidius emendatum , & sanctius de-
 cretum. Longo post tempore Theodoricus (ut habet
 prologus legis Baiuvariorum) Rex Franco-
 rum cum esset Catalaunis , elegit viros sapientes ,
 qui in regno suo legibus antiquis eruditierant. Ipso
 autem dictante jussit conscribere legem Franco-
 rum & Alamannorum , & Baiuvariorum unicis q;
 genti , qua in ejus potestate erat , secundum consue-
 tudinem suam . Addidit que addenda erant , &
 improvisa & incomposita rosecavit , & que erant
 se-

fecundum consuetudinem paganorum, mutavit secundum legem Christianorum. Et quicquid Theodericus Rex propter vetustissimam paganorum consuetudinem emendare non potuit, postbac Childebertus Rex inchoavit, sed Clotarius Rex perfecit. Hac omnia Dagobertus Rex gloriofissimus per viros inlustres Claudium, Chadum, Indomagum & Agilulfum renovavit, & omnia vetera legum in melius transstulit, & unicuique genti scripta tradidit, que usque hodie perseverant. Hæc legum nostrarum conditio fuit sub Merovingiis, quæ prima Regum stirps est, duravitque trecentos circiter annos. Carolum Magnum quod attinet, audiamus quæ de eo narrat Eginardus ipsius Cancellarius.

Hoc testimonio ostendit Francos tempore Caroli M. nec scivisse quid essent leges Justiniani: tum postea per quingentos annos remp. sine illis administraverunt, non minore fortassis cum Justitia, & immane quanto paucioribus litibus. Quod ut verum esse pateat, Ludovici Regis cognomento Sancti tempore tam paucas fuisse lites accepimus, ut ipse Rex litigantes audiret, eorumque controversias incam podirimeret. Nam Jonvillæus, qui

qui valde familiaris fuit Regi, sic ea de re loquitur, historiæ suæ cap. 94. Solebat, inquit, imperare Domino Nellio, Domino Suezionensi, & mihi, ut judiciis quæ ad portam appellantur, operam daremus. Tum mittebat quin nos ad se accerseret, querebatque ex nobis, qui statu res esset, ecquod esset judicium, quod sine ipsa exerceri non posset, ac sape accidit, ut re per nos ad ipsum delata, litigatores ipsos ad se accersiri imperaret, causamque ex bono & aequo disceptaret. Sape numero in saltum Vicennam animi causa exhibat, viridiique in cespite ad quercus alicujus radicem considens, sibi nos assidere & si quis negotii quid habebat, cum ad se vocari jubebat. Quintiam ipse clare pronunciabat, si quis litem & adversarium haberet, ut accederet, ut justa sua exponeret. Tum si quis accedebat, Rex attente ipsum audiebat, ac re cognita sententiam ex bono & aequo pronunciabat. Interdum negotium dabant Petro Fontaneo, & Godefrido Vitellio, ut litigatoribus operam darent, & causas disceptarent. Vidi etiam aliquoties cum bonus ille Rex Lutetiae in bortum suburbanum exiret, tunica mediocri indutus: ibique mensam tapeto instrui temperabat. Tum silens facto introduci ad se litigatores jubebat, causasque suas agere, jusque ex tempore reddebat. Hæc Ionvilleus: è quibus colligere licet, fuerint nō eo tempore tot causæ & lites. Tum qui hæc

hæc leget non mirabitur in maxima Helvetiæ parte, aliisque in locis adhiberi judiciis homines, qui nec de Baldo, nec de Justiniano quicquam narrari audiverint. Huc referri potest quod Xenophon ait, obtinuisse in rep. Persarum, ut ex iis qui militaria munera sustinuissent, deligerentur, qui in juventute accuratius essent instituti, cumque ætatis annum quinquagesimum quintum attigissent, rerum civilium ac criminalium supremi judices constituerentur. Sed nihil opus est inde è Persia hujusmodi institutum accersere. Nam prima constitutio Parlamenti Parisiensis (ea contigit anno 1294. sub Rege Philippo Longo) hæc fuit: ut una pars judicum seu consiliariorum esset ex Prælatis, altera ex Baronibus, tertia ex clericis & laicis, iisque tam equestris dignitatis, quam plebejæ fortis, qui que aut nulla, aut tenui literatura essent imbuti. Testis est doctissimus Guilielmus Budæus in annotationibus suis ad Pandætas, ubi sic loquitur: *Eadem constitutione cautum esse comperimus (quod minus mibi credent isti, qui omnia in scientia juris ponunt) ut tertium genus judicum in eo tribunalis ex laicis, clericisque constaret. Laici autem partim ex equitis bus, id est equestri ordine præditis militibus, par-*

tim

partim ex promiscuo genere hominum adsumerentur, quos omnes nominatim ibidem adnumeratos legimus, titulis eorum atque appellationibus nihil literatura praferentibus, nisi humioris fortasse, & veluti miscellanea. Præterea in confirmatione academiæ Aurelianensis anno 1312. facta, invenio Regem Philippum Pulchrum confirmationis auctorem dicentem: non modo regnum suum moribus & jure non scripto regi ac gubernari, verum etiam iis in locis, ubi receptum est jus scriptum, incolaseo jure non teneri; teneri autem consuetudinibus, ad exemplum & imitationem juris scripti introductis. Ceterum ait, super negotiis & causis forensibus regnum nostrum consuetudine moribusque non jure scripto regitur, licet in partibus regni quibusdam subjecti ex permissione progenitorum nostrorum & nostra juribus scriptis utantur. In plaribus non ut juribus scriptis agantur, sed consuetudine, juxta juris scripti exemplar moribus introducta. Et paulo post: Non putet igitur aliquis nos recipere, vel progenitores nostros receperisse leges quaclibet, ex eo quod in diversis locis & studiis regni nostri per scholasticos legi finantur, &c. Atque hic non possum non meminisse historiæ notatu dignæ de magno isto Hungariæ Rege Matthia Corvino, qui ante annos circiter centara

gnavit. Antequam reciperet leges Romanas, inquit historia, paucæ erant lites, eæque parvo temporis spatio, sine prolixâ cognitione dirimi poterant. Accidit ut in matrimonium Rex acciperet Ferdinandi Neapolitani Regis filiam, quam in Hungariam adduxerant & comitatî sunt, una cum primariis viris compluribus, celebres aliquot & clari Doctores ex conlio regio. Hi Doctores cum saepius Rege præsente honorificam legum Justiniani mentionem facerent, prædicarentque quam profunda sapientiæ mysteria in iis reperissent, per suaserunt ei, ut disciplinam & exercitijum illarum in suas provincias reciperet. Re constituta vocati sunt ex Italia eruditissimi in his libris Doctores & Professores. Quid evenit? In locum quietæ à litibus tranquillitatis, qua fuerat usâ Hungaria, exiguo tempore omnia causis & calumniis repleta sunt, perinde quasi legum Doctores isti contraversias & lites ad se traxissent, quemadmodum Cæcias nubes attrahere dicitur. Tandem, ut paucis dicam, Rex, quo tronquillitati & quieti subditorum consuleret, coactus est & libros Triboniani, & hos Doctores è regno ejicere, eo cum privilegio, ne quis in posterum de iis loque-

O

loque-

loquieretur. Et revera mirum est, in provinciis, ubi libri Justiniani auctoritatis plurimum habent, quam ubertim lites & causae proveniant & propagentur. Quin videatur Justinianus libris suis non aliter causidicos & rabulas progenearre, quam Cadmus olim seminatis draconis dentibus bellatores produxit. Neque negari potest, tam in Italia quam in Gallia id experientia probari. Ex diverso in quibusdam Germaniae locis, & præcipue in Helvetia, ubi parum auctoritatis & pretii his libris tribuitur, nec centesima litium pars invenitur, nec millesima pars causidicorum scribarumque. Nam qui in Germania versati sunt, narrant in maximis & pulcherrimis civitatibus, veluti Argentorati, Norimbergæ, Augustæ Vindelicorum non plures esse ad omnes lites quam octo aut decem procuratores, advocatos vero etiam pauciores. Tum omnis ista regio, quæ duplo major habet quam Gallia, unum habet supremum judicium in civitate Spirensi, cum in Gallia octo, aut decem videamus: ne curias subalternas, seu præsidiales enumerem, quæ quotidie augentur: neu parva illa judicia dicam, quæ in singulis pagis sunt, quæque nisi in Gallia nusquam

quam reperiuntur. Quid dicam, in solo Parisiensi palatio decem & novem, aut viginti esse loca, in quibus continenter causæ agitantur. Plane ut vetus Arcesilai dictum apud nos verum inveniatur, quemadmodum ubi pharmaca & medici multi sunt, ibi multi reperiuntur ægri, ita ubi leges & magistratus sunt plurimi, ibi nequitia & iniustitia plurimum inveniri: quod tamen virorum bonorum & honestorum, qui in hoc sunt numero, pace & veni adixerim. In hanc sententiā Plato scribit, certum esse corruptæ reip. signum, si multi in ea sint judices & Medici. Quod si Philippus Pulcher (qui primus Universitates in Gallia constituit, quique, ut velut horreum haberet, quo licium, quas in Universitatibus seminaverat, fruges congereret, palatum Parisiense ædificavit), consilium Catonis Censorini fecit us esset, ac aditus auditoriorum murieibus stravisset, nescio annon rectius de populo suo meritus fuerit. Quod si antiquos Gallos respicimus, Druidas Cæsar refert solitos in conventibus suis tetius provinciæ controversias dirimere, eoque non nisi uno in loco, & certo anni tempore convenisse. Mihi quidem Iosocratis opinio valde probatur, optimas esse leges, quæ
Oz
lites

lites quam paucissimas producant : nosque fortasse non minus felices essemus, si pauciora de legibus scripta & disputationes haberemus. Nam uti Rex Charilaus de Lycurgi legibvs dicebat, non indigent legibus multis qui non multo sermone utuntur. Quo pacto nescio annon convenientius & magis salutare futurum sit, prudenter & judicio hominum sano sensu & intellectu præditorum , qui que rei judiciariæ sint periti , potius committere privatarum maxima ex parte controversiarum decisionem , quam de unaquaque legem statuere velle, quæ res ut infinita , sic impossibilis est. Lycurgus quoque referente Plutarcho exiguos illos & pecuniarios contratus , qui que propter usam vitæ subinde immutantur, præstare censebat scriptis legibus non comprehendendi, neque immobilibus consuetudinibus illigari: sed permittendum, ut pro ratione temporis augerentur, diminuerenturve , secundum probe institutorum hominum arbitrium. Hæc ipsissima sunt Plutarchi verba. Ac quis nescit, innumeras quotidie sententias in Gallia pronunciari, quæ legibus & constitutionibus Justiniani omnino sint contrariae: tum plurima Parlamenta expressæ decla-

clarasse, nolle se iis subjici. Et quod amplius est, quis nescit, non modo pronunciari à Parlamentis sententias inter se adversas, quod in earum volumine magno cum decore Parliamentorum cernitur, sed in nonnullis Parlamentis auditoria etiam contrarias sibi invicem sententias dedita opera proferre. Alia ex parte quis nescit, duas tertias partes advocatorum, qui Justiniani doctrinam jactant, nec centesimam ejus partem aut intelligere, aut omnino legisse; nec eorum scientiam alium de esse, quam à veteratoria quadam versutia, quæ longo & continuo judicij alicuius usu comprehenditur.

CAP. XVIII.

Sententiade spe alicujus emanationis.

Postremos si in hac quæstione id sequi volumus quod D. Paulus scripsit, facile quid sentiendum sit inveniemus. Nam in priore epistola ad Corinthios de litibus & controversiis loquens, quæ inter Christianos oriebantur, eos non ad magnorū subtilium Jurisprudentiæ Doctorum subsellia ablegar, sed ad homines qui sensu naturali valeant, quique supra omnia De-

um noscant & timeant, ut non sint ita docti. Judicat præterea, Christianos, si de universo mundo, adeoque de angelis rebellibus sententiam laturi sint, longe magis idoneos esse, ad lites & controversias inter proximos ipsorum dirimendas. Secularia igitur judicia, inquit, si habueritis, contemptibiles qui sunt in ecclesia, illas constituite ad judicandum. Ad verecundiam vestram dicco. Si non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum? Sed frater cum fratre judicio contendit: Et hoc apud infideles. Hoc autem revera est contendere coram infidelibus, barbaris & profanis, eosque controversiarum nostrarum judices facere, si in omnibus quæstionibus & difficultatibus nostris ad legem aliquam Codicis recurramus, conditam a tyranno omnium fortassis deterrimo, & maxime infami: quæ res pagano etiam Imperatori Opilio Macrino indigna visa est, quemadmodum supra diximus. Et D. Hieronymus in epistola ad Oceanum de divortio ex causa adulterii loquens: Alio, inquit, sunt leges Cœorum, & leæ Christi; aliud Papinianna, aliud Paulinæ post præcepit. Et Lactantius Firmianus libro quinto de Justitia c. II. ubi detestatur aliquos

juris-

JCtorum nostrorum, qvi contra Christianos scripserunt, inter alios Domitium Ulpiatum nominat, qui rescripta Principum nefaria collegerit, ut doceret, quibus pœnis affici oporteret eos, qui se cultores Dei confiterentur. Tum hæc verba subjungit: *Quid iis facias, qui ius vocant carnificinas veterum tyrannorum, aduersus innocentes rabide saevientium? Et cum sint iustitiae crudelitatisque doctores; justos esse tamen, ac prudentes videri volunt, eaci et bebetes, & rerum & veritatis ignari.* Interim ne nimium laxemus frena licentiae in omnibus causis judicandis, utile foret (meo quidem arbitratu) hoc in primis tempore, quo placuit Deo Solonem illum Galliaæ nostræ concedere (magnum dico Michaelem Hospitalium) convocare Jurisconsultos complures, simulqve homines reip. gnarros, totidemqve advocatos & pragmaticos, iisqve injungere, ut conferant in unum, qvicqvid elegerint & excerptserint tam ex libris Justiniani (unde pulcherrima & optima qvæqve conquirere poterunt, qvi revera thesaurus erit inestimabilis) quam ex libris Philosophorum, & deniq; experientia, quam ex usu rerum sibi peperint. Hoc modo imitabimur magnum illum

illum Iulium Cæsarem , de quo Svetonius sic scribit : *Jus civile ad certum modum redigere , atque ex immensa diffusaque legum copia optima quæque , & necessaria in paucissimos conferre libros.* Atque inter hæc convenientissimum & dignissimum erit Christiano legislatore , non negligere quæ ex lege Moysis extrahi & felici possunt , non quidem ex iis quæ statum , formamque & gubernationem reip: Judaicæ concernunt (quæ a parte adventu Christi JEsu sublata est) sed ex iis quæ nituntur rectitudine , ratione & aequalitate naturali , quibus omnes homines , tam iij qui ante Moysen , quam qui post vixerunt adstricti sunt : quam naturæ legem veteres Paganī , aut jus gentium sive populorum nominarunt . Eset enim arrogancia intolerabilis , & indigna hominibus qui Christi nomen ac titulum sustinent , laudare & venerari leges paganorum , Romanorum , interque eos maxime infamum & turpisimorum (uti diximus) tyraniorum , atque interim eas leges adspernari , quas divina sapientia constituit ad populum suum , suamque rem publicam gubernandam . Hujusmodi ergo conventui & concilio consequēs eſſet , ut iſti negotio præfeti

Eti unum aut duo bona volumina vulgari & intelligibili lingua conficerent, tam de jure publico, qvod negotia status & corona spectat, qvam de omnibus juris privati partibus. Atqve hac in re ubi commodum ipsis videretur jus Justiniani seqvrentur, & ad statum formamque reip. Galliae (quod ab initio diximus) omnia referrent, Neqvis autem existimet novum hoc & nimis audax esse inventum, audiamus qvid Philippus Cominæus de Rege Ludovico undecimo narret lib. 9. Totus igitur mente & animo in hoc erat, ut optimis legibus Gallia constitueretur, & litium forensium tolleretur prolixitas. Et initio quidem Senatu, qui ipsorum lingua Parliamentum vocatur, securim aliquam injicit, non quidem ut corum vel auctoritatem, vel numerum imminueret: sed variis modis decreverat illorum fidem & administracionem explorare. Volebat etiam ejusdem generis pondere & mensuram obtinere per omnem Galliam, & consuetudines omnes ad eandem normam conscriptas in volumen aliquod redigi patro sermone, ad evitandum fraudes & explicationes advocateorum, quemajores profecto sunt in Galliis, quam in quavis alia regione, quam mibi quidem nota sit, atque hoc ipsum tota fere nobilitas liquido testatur potest.

potes. Hæc historici verba sunt, interprete Sleidano: Obtestor autem lectorem, ut in hoc de administratione justitiae emendanda sermone secum recordetur Ciceronem ante annos circiter mille & sexcentos similem operam suscepisse. Nam cum varietatem & confusionem toti legum Romanarum videret, cumque in primis animadverteret, jus civile (uti supra monimus) nihil aliud esse, quam jus particolare, ad tuendam civitatis Romanæ prærogativam, non habita naturalis æquitatis ratione, plures libros composuit, eosque inscripsit de legibus: qui tamen maxima sui parte aut perierunt, aut adhuc latent. Quorum primo accurate demonstrat, ad condendum jus civile reqviri, ut neq; Græcus qvis sit an Romano, neq; Prætorem neq; Consulem respiciamus, sed justitiam & æquitatem tanquam finem nobis proponamus, utq; bonis rationibus usi leges cunctis toto mundo nationibus accommodas & aptas effingamus. Atq; ut verum dicam, videmur mihi pulchre hic usurpare posse, quod Plutarchus refert, Cæsarem, cum aliquando vidisset qui cercopithecis & caniculis delectarentur, quæsiuisse, pare-

nē ipsorum uxores: huc enim naturam ad amandum pronam debere conferri. Eodem modo naturale illud desideriam quod in nobis est, ut discere aliquid, & ratiocinari desideremus; non debet impendi rebus ita humilibus, vilibus & exiguae utilitatis, quam sunt maxima ex partetricæ illæ, & difficultates Legistarum nostrorum; sed potius rebus excelsis, atque ad vitam humanam utilibus, quales exempli gratia haec similes sunt disputationes. Debeatne libertas in eundem testamentis tolli, quod in potissima Gallia & Germania parte factum videmus; an permitti potius, quod ius in locis obtinet, ubi ius civile viget. Sitne rationi conveniens illud Romanis. incognitum jus primogenituræ; itemque sitne restringendum ad minus aliquod commodum juxta numerum liberorum. Utrum ex duobus his æquius videatur, parapheraria, an dotalitium (*dowire*) quo in Gallia utimur? Quale jus naturalibus liberis concedi possit, deq; legitimatione eiusum? Alius jus retracto Romanis aut incognitum, aut parum notum, rationi sit consentaneum? Innumeræ sunt aliae hujusmodi habentias, quae in aliis locis, quæ

quaestiones innixa æquite naturali, tum digniores quæ hominum ingenia exerceant, quam illæ quae in vanis literarum & syllabarum minutis, & ut plurimum in perdimus & vertuntur: quales sunt in quibus juventus nostra consumitur, perditque in flore fructum. Compositis igitur duobus tribusve his voluminibus, oportet juvenes, cum in bonis literis, scientiisque atque in primis in Philosophia morali ad annum usque vicesimum primum aut secundum sese exercuisserent, in scholam aliquam ad unum, aut duos annos mitti, ubi eximius alius JCrus de legum æquite disputaret ac differeret. Ab hinc practice & exercitio incumberent, ducti & exercitati hoc modo, hac institutione, quam priscis Romanis in more positam fuisse supra diximus. Hoc pacto juvenibus occasio praeberetur, per intervalla divertendi ad alia quædam studia, veluti scripturæ sacræ, philosophiæ, aut historiarum. Ita finem & exitum studiorum suorum attingerent, non (quod in pragmaticorum maxima parte fieri videmus) ut lites propagent & multiplicent, sed ut ad pacem, concordiam, tranquillitatemque civium, atque ad Dei

Dei honorem & gloriam omnia referant:
qvem ego supplex veneror, ut Galliæ no-
stræ juventutem sic regat, quo materiam
habeamus, sanctum ipsius nomen
laudandi & celebrandi.

F I N I S.

Scriptor Elogii FRANC. HOTMĀNī, quod
operum Tomis præfixum est:

VIdit perspicaci vir ingenio, quam imperite,
quamque impudenter eorum qui se Pragmatico-
rum & Canonistarum nominibus vendicant nonnulli,
Romanas leges ad arbitrium suum inflecterent: ac fi-
bulam istis imposuerat disputationibus quibusdam suis
contra sectæ utriusque Patriarchas: quas furto sibi pe-
riisse apud amicos sæpe conquestus est: præter non-
nulla earum capita Observationum libris ab eo post in-
serta. Quin & ante multo, cum optimo & sapientissi-
mo viro doleret tantum temporis tam inutiliter à ju-
ventute in scholis juris publicis impendi, videretque
aliam plane esse Ro. legum, aliam regni hujus ratio-
nem, & utrumque tamen errore noxio confundi: scri-
pto brevi sed valido erroris hujus publici admonuit, ne
deinceps juventutem nostram posriteret longi sed in-
fructuosi in re non ita necessaria laboris. Libello no-
men Tribonianismus in eo παραγγέλλεται & imperitiam
Tri-

Triboniani, juris Rom. variis in contrarium variis temporibus mutationes, ejusque in omnibus partibus ambages, ex varietate scripturæ temporumque spinas tritacque, & alias labes proposuerat; ac evidentissime non esse ius illud ad Galliæ mores valde accomodatum ostenderat: & operitorum exemplar Medicorum aliam longe breviorē juris docendi descendique viam usibus nostris monstraverat. At scriptum illud Soloni Galliarum Hospitaliæ lecturi & probatum, cur lucem non viderit in ambiguo est. nisi si per hujus seculi mores, quo maxime salutaria quæque maxime displicant, quo nec vitia jam nec vitiorum remedia pati possumus, factum est; ut quæ boni publici quam privati, in professione sua commodi amantior hic noster conscriperat, post mortem demum suam legi voluerit.

Prolegom. Cod. Leg. Antiq.

Magnum jus Romanum illo tempore naufragium fecit: quippe quod s. letem Germanis, & ab iis exiundis propter rationem aequitatis discere, non auctor propter robur sanctionum in foro laudare permisum fuit. VVif. Lib. 2. Tit. 1. l. 9. Forum jud. lib. 1. Tit. 8. Capitulare Karoli Magni lib. 6. Tit. 269. Vnde etiam nunc in Gallia Hispaniaque scholis ob solam aequitatem rationisque præstantiam studioſa inventuſi prælegitar; non autem in judicio, quasi necessario evincens, allegatur. Alphons. Rex L. s. Tauri. Petr. Pithœus in Fragment. vet. Iuriscons. Guil. Fornerius Comm. de Feud. Tit. 1. Alphons. de Villadiego in Comment. ad For. jud. lib. 2. Tit.

Tit. I. I. 8. *Quinimo sub pena capitio in Hispania vettum fuisse leges Casareas in foro allegare refatur Petrus à Plaza in epiome delictor.* lib. I. cap. I. pag. 42. *Et Vidum Fabram Pbracium Reg. Polonia Cancellarium nunquam Romanas leges citasse, nisi petita venia, mulcens à virie magnis in Gallia audiri.* De bac Rom. legum auctoritate videndus Joh. Gutierrez Canonic. Quæst. lib. 3. cap. 108. n. 11. 12. pag. 307. Rebuff. de eo quod interest. pag. 32. n. 14. Ann. Robert. Rer. judic. lib. 2. cap. I. pag. 290. 291. Haillan del' Estat de France, lib. 3. pag. 190. Bernard. Zieritz. de prærog. Principum.

Cum pars prior hujus opusculi, Historia Juris Rom. & Germ. Lipsiæ typis mandari non potuerit, erratis nonnullis levioribus ne offendatur L. Benev. editor enixe rogat.



Digitized by Google



